Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Leonhard Culmann

SEN=||TENTIAE || Veterum Sapientum || morales, pro primis latinae lin=||guae tyronibus, collectae per Le=||onhardum Culman Craylshey=||mensem, iam denuò auctae.|| His acceßerunt pleraeq; ueterum || Theologorum sententiae,|| de uera religione,|| (COMMVNIORA || at#[que] quotidiana morum pueri=||lium Praecepta.||)

Lübeck: Balhorn, Johann d.Ä., 1558

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169784782X

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn169784782X/phys_0001

Cg – 1513 1-13

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169784782X/phys_0002



SENTENTIÆ

Veterum Sapientum morales, pro primis latinæ linguæ tyronibus, collectæ per Leonhardum Culman Craylsheymensem, iam denuò auctæ.

His acceßerunt pleræq; ueterum Theologorum sententiæ, de uera religione.

Anno 1558.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169784782X/phys_0003

PRÆCLARÆ, ET EGREGIÆ INDOLIS Pueris, Iohanni, & Martino Pfinzing fratribus, nobili & patricio genere natis, Leonhardus Culman optat Dei gratiam.



Recte quidem ueteres illi nostri sanxerunt, in docendo atq; discendo linguam latinam, legitimum ordinem esse seruandum, tum in regulis Grammatices, quas uoluerunt esse breuissimas, tum etiam in sententijs Latinarijs, ut uocant, ad hunc finem ordinatis, ut non tam linguam, quàm mentem informent. Est enim magna res, & ualde prodest puerilibus ingenijs, hic ordo in tradendis, & discendis bonarum artium rudimentis, ut a facilimis ad mediocria, a mediocribus ad maiora, quasi per gradus quosdam ascendere queant, quorum captui se accommodare debent illorum informatores. Siat fecit Donatus ille minor, Sic & Cato, qui suã morum præcepta a breuissimis sententiolis exorsus est. Idem & nos fecimus, congerentes hasce sapientum uirorum sententias, in communem peruulorum utilita-

utilitatem, quas uobis fratribus Iohannes & Martine, è nobili Pfinzingorum stirpe prognatis, dedicare uoluimus, quorum Parens, ut est omni uirtutum genere clarus, ita omni laude, & honore dignus, non tam propter genus, caius claritudo magna est, sed etiam propter officium, cui summa prudentia, & consilijs fidelibus præest, qui & de me bene meritus, & multa in me beneficia contulit, quorum meritò me memorem esse decet. Ideo uos, eius liberi charissimi, oro, ut uelitis hanc meam operam utcunq; mediocrem, æquo animo, & obuijs, ut aiunt, ulnis suscipere, & à teneris iam annis diligenti studio has pulcherrimas, & uobis apprime utiles sententias legere, relegere, ediscere atq; teneræ uestræ menti insculpere, quò tandem exemplo patris, in uiros pios, & eruditos euadere, & patriæ uestræ Norimbergensi, prudentia, & consilijs ad gloriam Dei, & salutem Reipublicæ seruire possitis, quod uobis ex animo precor, Faxitq; DEVS optimus, ut ita fiat, qui & cum sancto spiritu suo, uelit uestram iuuentutem adhuc teneram, fœliciter regere, & gubernare, per filium suum dilectum Iesum Christum Dominum nostrum, Amen:

Valete.

Anno 1552. Mense Martio.

SAPIENTVM SENtentiæ pro primis latinæ linguæ tyronibus collectæ.



Micis opitulare.
Alienis abstine.
Arcanum cæla.
Affabilis esto.
Amicos probato.
Audacea periculosa.
Amicis utere.

Amor cæcutit.
Auari insatiabiles.
Ama doctrinam.
Audi multa.
Bonos honora.
Blandus esto.
Bonis benefacito.
Benedic omnibus.
Cognosce teipsum.
Cognatos cole.
Concordiam sectare.
Calumniam oderis.
Consule inculpate.
Dexteritatem custodi.
Dolum time.
Datum serua.

Depositum

Depositum redde.
Deserto neminem.
Delecta amicos.
Diligentiam adhibe.
Diuturnum nihil.
Aestimationem retine.
Experientiam obserua.
Ebrietas dementat.
Ebrietatem fuge.
Exerce probitatem.
Aequum iudica.
Familiam cura.
Frugi esto.
Fac iusta.
Filios erudi.
Fuge turpia.
Fidelis esto.
Inimicitias fuge.
Iracundiam tempera.
Inimicitias dissolue.
Iuste iudicato.
Iusticiam colito.
Iusiurandum serua.
Impera iræ.
Iniusticiam fuge.
Inimicitias solue.
Libenter disce.
Ludos fuge.

Legibus pare.
Laudato honesta.
Linguam coherce.
Libros euolue.
Liberos institue.
Litem oderis.
Lauda uirtutem.
Mortalia cogita.
Magistratus metue.
Mundus esto.
Maiori cede.
Minori parce.
Magistrum metue.
Multitudini place.
Mendacium oderis.
Meretricem fuge.
Magistratui parendum.
Mendacium confunditur.
Nemini inuidcto.
Nemimem irriseris.
Ne iurato.
Neminem uitupera.
Nemini aduerseris.
Ne mentiaris.
Nihil nimis.
Nemini inuideas.
Omnibus placeto.
Oculis moderare.
Otiosus ne sis.

Ocium fuge.
Omnia mutantur.
Pacem dilige.
Pietatem sectare.
Probrum fugito.
Principem honora.
Periculosa temeritas.
Principibus cede.
Pudorem serua.
Propria custodi.
Prudentiam exerce.
Parentes venerare.
Pudicitiam ama.
Periculosa temeritas.
Principibus parendum.
Principijs obstandum.
Pietatem cole.
Prudentiam dilige.
Respice futurum.
Sequere Deum.
Sapientibus utere.
Sobrius esto.
Saluta libenter.
Seniorem venerare.
Suspicionem abijcito.
Senescentes sapimus.
Tempus nosce.
Temperantiam exerce.
Tempori pare.

Tecum habita.
Veritas uincit.
Veritati adhæreto.
Vtere uirtute.
Violentiam oderis.
Voluptatem tempera.
Vereaunde responde.
Vereaundiam serua.
Veritati studе.
Venerem fuge.
Vita breuis.
Vxorem diligito.
Veridicus esto.

SENTENTIÆ TRIum dictionum.



Amor uincit omnia.
Amor sui cæcus.
Arma nesciunt leges.
Audentes fortuna iuuat.
Assiduitas durissima uincit.
Auarus semper eget.
Auaritia nihil miserius.
Auro nihil inexpugnabile.

Ars uincit naturam.
Aliena concupiscere noli.
A uicijs abstineto.

A malo

A maledicentia temperato.
Abstine à fraude.
Amicus res optima.
Amicos peauiæ faciunt.
Auaritia uitiorum caput.
Alius alio præstat.
Assuefactio efficacissima est.
Assueta difficulter relinquuntur.
Amor sui malus.
Animus humanus uarius.
Amici futuri explorandi.
Auari bis miseri.
Auaritia malorum radix.
Amor odit inertes
Amici consuetudo dulcis.
Amicitia animorum paritas.
Adulatio uendit ueritatem.
Amicis bene uelis.
Ambitiosorum pernicioſum ingenium.
Auari natura pessima.
Anima corpore antiquior.
Auarus hydropico assimilatur.
Appetitus frenatu difficilis.
Adulescentulorum pudor honestus.
Amor metu caret.
Auarus seruus est.
Auari timent assidue.
Amoris fructus delectatio.

Acceptio personarum fugienda.
Arcana ne dicas.
Amantium iuramentum infidum.
Bona res quies.
Belli euentus uarius.
Boni rari sunt.
Bis pueri senes.
Breuis hominum uita.
Belli exitus incerti.
Bellum gerendum consilio.
Belli fortuna anceps.
Beneficij accepti memento.
Consultor res sacra.
Cor humanum indomabile.
Cor hominis prauum.
Crimina multa dißimulanda.
Cuiq; sua dos.
Coniugibus communia omnia.
Conscientia ultrix mali.
Cupiditas immoderata fugienda.
Cupiditas neminj parcit.
Cupiditati nihil satis.
Contumelia parit uerbera.
Ciuitatum seditio perniciosa.
Cito data uilescunt.
Cognoscunt sese pauci.
Culpa nemo caret.
Crudelitas odij comes.

Comitas amicos parit.
Comitate uincendi morosi.
Conscientia mille testes.
Cibus immodicus noxius.
Consilio inimicæ iracundiæ.
Cupiditas est inexplebilis.
Cupiditas peccuniæ fugienda.
Calamitas nemini exprobranda.
Conuitijs non respondendum.
Contemptio omnis stulta.
Desidia generat obliuionem.
Detractio ueneuum concordiæ.
Diuitiæ floribus similes.
Difficile scire futura.
Diuitijs parent omnia.
Dolorem comitatur gaudium.
Diuitiarum insatiabilis cupido.
Dies aufert multa.
Diuitiæ fastum pariunt.
Dies adimit ægritudinem.
Desperandum de nemine.
Dona multa possunt.
Delinquentes sunt corrigendi.
Diuitiæ uitiorum magistræ.
Difficilimum uincere naturam.
Discordia dilabuntur regna.
Difficilia honesta sunt.
Diuitiæ incautos illaqueant.

Dolo-

Dolori medetur oratio.
Disciplina, studij soror.
Diuisio rem attenuat.
Donum quodcunq; probato.
Dubius rerum euentus.
Dives omnis inexplebilis.
Doloris medicus tempus.
Exercitatio optimus Magister.
Exercitatio potest omnia.
Aequalis æqualem delectat.
Exilium multos honestauit.
Ebrietas dementat sapientes.
Ebrietas operta recludit.
Ebrietas subsannatores facit.
Ebrietas parit tumultus.
Ebrietas auffert cor.
Ebrietas abbreuiat uitam.
Ebrietas aggrauat cor.
Experientia facit artem.
Exilium multis profuit.
Experimento nihil certius.
Aetate prudentiores reddimur.
Ebriatatis comes obliuio.
Aetas corrumpitur uino.
Ebrietas indicit uigilias.
Flagitiorum turpis exitus.
Fœlicium multi cognati.
Fœlicitas incitat inimicitias.

Fames optimus coquus.
Fortuna reddit insolentes.
Fœlicitatis comes inuidia.
Ferocitas lenitate sedatur.
Factum stultus agnoscit.
Fœminæ sunt inconstantes.
Furori cedendum est.
Fuge nimis alta.
Finem uitæ spectα.
Forma perit uino.
Fortes fortuna adiuuat.
Fame nihil miserius.
Fugax est ætas.
Futili nihil credendum.
Finis miseriæ mors.
Fronti nulla fides.
Figulus figulum odit.
Forma res caduca.
Fœlicitatis comes securitas.
Fœlicitas inuidiam attenuat.
Fames diuitum insaciabilis.
Fortuna timidos repellit.
Finis acta probat.
Finis uitæ incertus.
Formam superbia comitatur.
Forma bonum fragile.
Fides nusquam tuta.
Frigida balnea nocent.

Futura

Futura incerta sunt.
Furor amoris comes.
Furor est fugiendus.
Gloria res inconstans.
Gaudium dolori iunctum.
Gratia gratiam parit.
Gloriæ fundamentum labor.
Garrulitas fœdum uitium.
Honores mutant mores.
Honos alit artes.
Hominum mentes uariæ.
Honores præbet peccanti.
Humani casus ancipites.
Humanarum rerum uicissitudo.
Homines minime contemnendi.
Homine calamitosius nihil.
Infœlix litium exitus.
Ignauos premit fortuna.
Ignoti nulla cupido.
Infamia est immortalis.
Inuidia summa petit.
Ira deturpat iratum.
Inscitia nihil arrogantius.
Incertus rerum exitus.
Ira tormentum sui ipsius.
Iucundi acti labores.
In uino ueritas.
Iram compescere arduum.

Iactantiæ comes inuidia.
Ingenia hominum uaria.
Inconsulti facile ruunt.
Incommodum hilaritate condiendum.
Ingens telum necessitas.
Industriam adiuuat Deus.
Infida semper societas.
Inconstantia fastidit amicos.
Inexplebilis est mendicitas.
Incognitum non amatur.
Iniuria beneficio uincitur.
Iucunda rerum uicissitudo.
Ignorans omnis instabilis.
Infœlicitas nemini obijcienda.
Iniurias tollere difficile.
Impossibilia non appetenda.
Inuidiæ causa disparilitas.
Ignorantia malum ingens.
Inuidia comes fœlicitatis.
Incommoda hilaritate condienda.
Inopinata plus dolent.
Ira impedit animum.
Ira homicidio deterior.
Iudicium temerarium fugiendum.
Iustis nihil deest.
Iniuriam odio habe.
Ira omnia inuadit.
Ira est cõhibenda.

Lau

Laus excitat ingenium.
Lis parit litem.
Labore omnia florent.
Lingua multos perdidit.
Labor gloriæ fundamentum.
Linguam digito compesce.
Labor thesaurus hominibus.
Laus merces uirtutis.
Libertate nihil dulcius.
Labor omnia uincit.
Legibus est obtemperandum.
Luctus tempore minuitur.
Linguæ cohibitio difficilima.
Laus propria sordet.
Loquacitas nocet plurimum.
Malus similem quærit.
Male partum dilabitur.
Munerum animus optimus.
Multa docet fames.
Miseris non inuidendum.
Magistratibus maledicere turpissimum.
Mundo nihil infirmius.
Mundi studium fœdum.
Munera placant homines.
Miseria caret inuidia.
Malum patientia tollitur.
Mens præsaga futuri.
Mulierem ornat silentium.

Miser-

Miserrimum fame mori.
Mortalibus nihil tutum.
Munera capiunt homines.
Mutua defensio tutissima.
Musicam docet Amor.
Mors omnia sternit.
Mors est ineuitabilis.
Mala senium accelerant.
Mulieris dos pudicitia.
Memoria thesaurus artium.
Maledictis non respondendum.
Mali malos procreant.
Mali semper tristes.
Mulieres inconstantes sunt.
Malorum medicus tempus.
Natura paucis contenta.
Ne male loquaris.
Necessitas moras reuisat.
Necessitas omnia rapit.
Nocte latent mendæ.
Nulla peccati latebra.
Necessitas ingens telum.
Nemini male dicas.
Nemo sibi nascitur.
Nil temerè credideris.
Nil mentiri debes.
Necessitas seriis caret.
Ne tua iactato.

Ne aliena despicito.
Ne ai obtrectato.
Necessitati nihil repugnat.
Necessitas frangit ferrum.
Nimia parcitas uitanda.
Nox pudore uacat.
Ne quid nimis.
Nihil assuetudine maius.
Nusquam tuta fides.
Nihil inexpertum affirmes.
Naturæ frustra repugnatur.
Nihil fugacius tempore.
Obsequium amicos parit.
Occasio facit furem.
Omnia reuelat dies.
Oculus mentis index.
Ociosus ne sis.
Omnium rerum uicissitudo.
Opulentia tollit animos.
Omne principium graue.
Occasio non negligenda.
Opes celeriter dilabuntur.
Odium obsequio lenitur.
Omnia fert ætas.
Opes arte parantur.
Ocium ingenij rubigo.
Principijs obstandum est.
Pudore uacant miseri.

Pulchra cognitu difficilia.
Patriæ omnia debemus.
Paupertas ingenioſos facit.
Principium omne difficile.
Proborum ſocietas eligenda.
Paupertas excitat artes.
Præceptori diſcipulus obediat.
Peaniæ obediunt omnia.
Peania impetrat omnia.
Præceps conſilium, inauſpicatum.
Paupertas amicis ſpoliat.
Parta ſunt conſeruanda.
Pudor mendico inutilis.
Plurium calculus uincit.
Patria nihil dulcius.
Procraſtinatio eſt odioſa.
Principium dimidium totius.
Quæ nocent, docent.
Quæuis terra patria.
Riſus nimius cauendus.
Regum ira grauis.
Regum manus longæ.
Scelus ſequitur ſcelus.
Spes decipit multos.
Similia ſimilibus fauent.
Spes non confundit.
Seruiendum, antequam imperandum.
Silentium ubiq; innoxium.

Securitas parit negligentiam.
Scelus scelus inuitat. Scelera non intrant cæsa.
Simile simili gaudet.
Seruitus omnis misera.
Soli fortunati amantur.
Somnus mortis imago.
Spes seruat afflictos.
Studium facit humanum.
Stultorum infinitus numerus.
Suum cuiq; pulchrum. Suus Rex Reginæ placet.
Sequitur Ver Hyemem.
Stultus stulta loquitur.
Studia mentem indicant.
Sors omnia uersat.
Silentium ubiq; tutum.
Superbi difficile corriguntur.
Solus sapiens diues.
Spes alit exules.
Sibi quisq; placet.
Sacietas ferocitatem parit.
Semper feriæ inertibus.
Sermo medetur tristitiæ.
Silentio nihil utilius.
Sua unusquisq; laudat.
Studium dolorem aufert.
Tempus maturat omnia.
Tempus edax rerum.
Tempus breue est.

Tempus celerrime aufugit.
Tempore omnia mutantur.
Tempus omnia reuelat.
Tempore omnia peraguntur.
Tempore nihil uelocius.
Tempore fiunt omnia.
Tempus dolorem lenit.
Tempus omnia inuenit.
Venter caret auribus.
Vetita magis appetimus.
Veritatis simplex oratio.
Vulgi iudicium stultum.
Virtus laudata creſcit.
Vsu omnia consumuntur.
Varia dona hominum.
Violenter nihil agas.
Vita nostra uapor.
Vita breuis est.
Vsus difficile uincitur.
Vinum alleuat labores.
Vitæ tempus exiguum.
Viaticum senum, modestia.
Vinum pueris negandum.
Veritas nunquàm latet.
Victoria cedendo acquiritur.
Vino perit forma.
Violentia sequitur uiolentiam.
Vindicta Numinis sera.

Vita est punctum.
Vi nihil agendum.
Veritas moras odit.
Vino corrumpitur ætas.
Verbis leuatur dolor.
Vinum mensuram exposcit.
Virtutem amplecti difficile.
Vita hominum breuissima.

SENTENTIÆ

quatuor dictionum



Liam ætatem, alia decent.
Alijs aliud uitij est.
Assidua exercitatio omnia potest.
Ab omnibus blandientibus cauendū.
Amicos inter aduersa cognoscimus.
Amici boni, rari sunt.
Amicitia uetus raro aboletur.
Amanti nihil est difficile.
Ambitio in republica pestilentissima.
Annus fructificat, non tellus.
Animus cuiusq; sermone reuelatur.
Ante annos prudentia nulla.
Assueta mala, non offendunt.
Amor non est sanabilis.
Aduersa sæpe excitant ingenium.
Auro placatur Rex ferus.

Auari

Auari cupiditas nusquàm expletur.
Audere non est sapientis.
Amico fido nihil preciosius.
Adest uniuiq; rei modus.
Admonentes liberè, rari sunt.
Ampla satis forma pudicitia.
Amicitia nullum pondus recusat.
Amorem oculi potissimum conciliant.
Auari non possunt satiari.
Auaritia malis omnibus abundat.
Auaritia nullum uitium tetrius.
Aranearum telis, similis Lex.
Amor laborem non sentit.
Ambitio mater omnium malorum.
Amoris finis, mors tantum.
Amanti longa uidentur omnia.
Animus æquus, ærumnæ condimentum.
Auari opulentissimi, infœlices sunt.
Amari cupidus, alios amet.
Arcus nimis intensus, rumpitur.
Anni uitæ nostræ pauci.
Admonitione abstinendum inter pocula.
Adulator in laudibus cauendus.
Admonentes liberè, quàm rari.
Amici à nobis laudandi.
Amicus uerus, rara auis.
Audi multa, loquere opportuna.
Admonendo quisq; est sapiens.

Animæ cura minime negligenda.
Amor celari non potest.
Amor nouercas etiam uincit.
Aduersa æquanimiter toleranda sunt.
Adulteri malum exitum sortiuntur.
Auaritiæ nihil satis est.
Aulica pietas, rara auis.
Abstinentia carnales refrenat motus.
Adolescentem uereundum esse decet.
Adolescentes in bonum assuefaciendi.
Beneficium semper beneficium parit.
Beneficium animo donantis metiendum.
Beneficij exprobratio molesta est.
Bellum ciuile malum perniciosum.
Bona multa negligendo perduntur.
Bonis amicis parcius utendum.
Bonos uiros omnia decent.
Blandis uerbis homines exorantur.
Bellum ex cupiditate oritur.
Bona procrastinanda non sunt.
Boni pauciores quàm mali.
Bonum esse difficile est.
Beneficij accepti memor esto.
Bibere ad numerum, fœdum.
Coniugium inæqualium malum est.
Canes timidi uehementius latrant.
Calliditas nimia interdum obest.
Concordia reserue rescunt.

Charum, quod rarum est.
Consuetudo omnia dura lenit.
Consilium ubiq; plurimum valet.
Consilia sæpe dat impetus.
Conscientia recti, suauissima est.
Consuetudo quouis Tyranno potentior.
Comune naufragium omnibus solatium.
Consilium post facta, inutile.
Consuetudine redditur paupertas tolerabilior.
Cunctis opibus sapientia preciosior.
Cura esse quod audis.
Crescentem sequitur cura pecuniam.
Cum blanditur inimicus, fallit.
Cum fortuna mutantur amici.
Conuiuium, silentes conuiuas requirit.
Consilium est res sacra.
Cum uxore ne litiges.
Cum malis ne uerseris.
Consuetudo in naturam transit.
Credendum cito non est.
Crudelis existens, multos caueat.
Castitas uxoris, dos magna.
Cibus uires debilitatas roborat.
Cupiditates sunt seminaria contentionum.
Consuetudo est altera natura.
Conuitia conuitijs non refellenda.
Consuetum semper notius est.
Consuetudo est similis naturæ.

Consuetudinis magna uis est.
Colloquia praua multum nocent.
Consuetudinis uincula uix soluuntur.
Corrumpunt operantem, propriæ iustitiæ.
Degeneres animos timor arguit.
Diuitiæ multis mortem attulerunt.
Diuitiæ bonæ mentis onera.
Docti doctorum familiaritate gaudent.
Dulce est meminisse laborum.
Dulce est paternum solum.
Deteriorum semper maior pars.
Damnum turpi lucro præponendum.
Diuersæ terræ, diuersa producunt.
Donum dantis, animo pensatur.
Diuitiæ sunt causa iurgiorum.
Damnare facile neminem debemus.
Dissimulanda est sua miseria.
Detrahens fratri, bis peccat.
Dulcissima natis laus parentum.
Deficiente pecunia, deficit societas.
Diu desiderata, dulcius obtinentur.
Difficilima quæ pulchra sunt.
Depositum cum acceperis, redde.
Difficile est assueta relinquere.
Diues pauperibus minus quietus.
Discordia res maximæ dilabuntur.
Duci turpis est somnolentia.
Duce peremto, milites diffugiunt.

Detracto-

Detractores fugiendi sunt summopere.
Dolor constantes etiam frangit.
Dotem accipiens imperium uendit.
Dolosi & uulpes fugiendi.
Extremum gaudij luctus occupat.
Aetas, ut rosa perit.
Aegestatem affert manus ociosa.
E squilla non nascitur rosa.
Ex aspectu nascitur amor.
Eruditiores efficimur omnes damno.
Ebrietas abditissima pectoris profert.
Ex minimis uitijs maxima.
Errare commune est mortalibus.
Ensis pueris non committendus.
Exprobratio calamitatis nemini obijciendæ.
Experientia est prouidentiæ magistra.
Ex paruis fiunt magna.
Ex ocio uitia proueniunt.
Expertus periaula facile expauescit.
Ebrietas perdit corporis formam.
Ebrietas eneruat corporis uires
Ebrietas auget auiditatem bibendi.
Ebrietatis comes est obliuio.
Ebrietas agit in furorem.
Ebrietas non sinit ditescere.
Ebrietas obstringit alieno ære.
Ebrietas insaniæ est exercitatio.
Ex nihilo fit nihil.

Ebri-

Ebrius seruus non castigandus.
Fœlicitas multos habet cognatos.
Fortuna similima uento est.
Fallere alios malum est.
Futurorum nulla certa cognitio.
Fama diuitijs hæreditas honestior.
Finitur sola Virtute potestas.
Fides empta haud perdurat.
Fies malus, malorum contubernio.
Fugiendum est malorum commercium.
Fratrum concordia rara est.
Fugienda sunt nimis alta.
Fides etiam hosti seruanda.
Fides aduersis rebus abest.
Facinus facinori præbet manum.
Fortunæ aduersitas nemini obijcienda.
Fortuna uarie pingit amicos.
Fœlicitas stultum non iuuat.
Firmum in uita nihil.
Fallacia alia aliam trudit.
Fratrum beneuolentia tenuis est.
Fortunæ imperio diuitiæ subiacent.
Fortuna mala occultanda est.
Fides prohibet arcana loqui.
Grauis culpa, tacenda loqui.
Gloria pecunijs non emitur.
Generis infœlicitas nulli exprobranda.
Gloriari uiuus nemo potest.

Homines

Homines ad malum proclives.
Homo dum spirat, sperat.
Hominis figura, oratione cognoscitur.
Humile uitæ genus tutissimum.
Insipiente fortunato, nihil intolerabilius.
Irati nihil recte faciunt.
Ignauia est pestis mortalibus.
Inter fratres rara concordia.
Ignauis semper feriæ sunt.
Ingratitudo, uitiorum omnium caput.
Id uelis quod possis.
Imitatio in turpibus uitanda.
Inuidia, morbus animi grauissimus.
Iudicium hominum fallax est.
Ius, sæpe ui opprimitur.
Ira animum hominis aufert.
Inferni regressus non est.
Inferni pœna æterna est.
Ignotæ rei nullus respectus.
In aduersis amicus probatur.
Inter arma silent leges.
Impacientia res cunctas exasperat.
Impetus cuncta mala ministrat.
Innumeris laboribus honos constat.
Ira omnium tardissime senescit.
Ingens thesaurus bonus amicus.
Inopinata mala, grauiora sunt.
Immensum Gloria calcar habet.

Inuidia

Inuidia suum torquet authorem.
Improba lingua nihil pernicioſius.
Innumera mala parit ſaturitas.
Ingenia mala ſæpe mouent.
Ira non ſedatur iracundia.
Ira non ſit diuturna.
Iratus haud facile flectitur.
Lingua mentem ne præcurrat.
Laude iuſta nemo fraudandus.
Lingua interpres eſt animi.
Linguam coercens, perfectus eſt.
Liberis nocet potare uinum.
Labor eſt theſaurus hominibus.
Labor uirtutis gloriam accipit.
Labor improbus omnia uincit.
Longior uita, diuturna calamitas.
Lingua igni non abſimilis.
Lingua index eſt animi.
Minerua inuita nihil tentandum.
Mala herba non perit.
Mens eſt præſaga futuri.
Multa petentibus deſunt multa.
Malum lucrum æquale diſpendio.
Multis ictibus deijcitur quercus.
Moroſi nihil candide interpretantur.
Malum conſilium, conſultori peſſimum.
Mortalibus nihil charius pecunia.
Mors omni ætati communis.

Mala

Mala sunt vicina bonis.
Malo accepto stultus sapit.
Male respondent coacta ingenia.
Modestia sanitati multum confert.
Miseri fœlicibus inuidere solent.
Malis artibus non utendum.
Mali plures, quàm boni.
Male agentibus non insultandum.
Mendacem memorem esse oportet.
Mulierum ira, immitigabilis est.
Mala lucra, mala damna.
Meliora scientes, deteriora sequimur.
Mors est ineuitabile fatum.
Mortui non iniuria afficiendi.
Mediocritas in omnibus seruanda.
Mens est sermonis fons.
Mulieres litigiosæ sunt in omnibus.
Mundus putidum est domicilium.
Natura nihil solitarium amat.
Negotiosa res est litigare.
Ne vulgi sequaris errores.
Nouit paucos secura quies.
Nihil efficatius simplici veritate.
Ne maiora viribus suscipias.
Nihil turpius sene libidinoso.
Nihil absurdius diuite auaro.
Nullus mortalium absolute beatus.
Naturæ necessitas, exiguo placatur.

Nocet

Nocet temeritas multum mortalibus.
Nulla amicorum melior possessio.
Nihil est homine calamitosius.
Nihil dulcius amico monitore.
Nimia lenitas non probatur.
Non semper arridet fortuna.
Nemo stultus tacere potest.
Naturæ iura uiolari nequeunt.
Negligentia trahit ad uitia.
Ne inimicis quidem maledicendum.
Ne nimis sapere uelis.
Necessitas, homines ingeniosos facit.
Nulla crimina diu latent.
Opes amicos conciliant.
Omnia habere nemo potest.
Omnibus horis nemo sapit.
Odium fratris graue peccatum.
Oratio, & mores persuadent.
Optimum aliena insania frui.
Omnia suo tempore peragenda.
Omnes res facile mutantur.
Caulus domini saginat equum.
Otium multa docet uitia.
Omnium est dulcissimum accipere.
Omnia bona, pace constant.
Omnes deteriores sumus licentia.
Oratio factorum est simulachrum.
Oculi auribus sunt fideliores.

Omnes

Omne solum forti patria.
Oculus est mentis index.
Omne nimium est uituperabile.
Perdifficile est bonum esse.
Post tristiciam sequitur gaudium.
Pigritia est nutrix ægestatis.
Patrem sequitur sua proles. Prouidentia est mater diuitiarum.
Pauperum sermones sunt uani.
Præstantiores sunt senum sententiæ.
Parua non sunt contemnenda.
Præcocia ingenia cito deficiunt.
Patria sua cuiq; iucundissima.
Publica concordia nihil utilius.
Parsimonia & labore cresant res.
Prudentis est multa dissimulare.
Perturbato cordi nihil iucundum.
Probitas laudatur & alget.
Pertinacia elati animi comes.
Probitas magnos ingeniumq; facit.
Peccanti non præstandum obsequium.
Post mortem cessat inuidia.
Prosperis rebus animi luxuriant.
Quot capita tot sensus.
Qualis uir talis oratio.
Qualis princeps talis populus.
Quisq; suis malis blanditur.
Quid turpius arrogante imperitia?
Quot homines tot sententiæ.

Quodaunq; pollicitus fueris, serua.
Quæ assequi possis, exopta.
Quantum habes, tanti eris.
Qualis percontatio, talis responsio.
Res sacra est consultatio.
Rem peractam stultus intelligit.
Re præterita omnes sapimus.
Rubor uirtutis est color.
Raro ulla calamitas sola.
Ratio degenerat sine exercitio.
Soli miseri carent inuidia.
Sermone qualitas uiri cognoscitur.
Scelus sceleri dat occasionem.
Silendo multis respondetur aptius.
Sequitur facile tempestatem serenitas.
Sua quenq; alit ars.
Senectute ociosa nihil iucundius.
Sermo opportunus est optimus.
Sapientem nugari non decet.
Solæ uirtutes faciunt beatum.
Sermo character animi est.
Suus Rex Reginæ placet.
Sermones arcanos ne reueles.
Silentium multa bona habet.
Sera in fundo parsimonia.
Semper inops quicunq; cupit.
Sua quenq; studia delectant.
Sine ope nihil ualemus.

Sine

Sine uitijs nemo nascitur.
Scelus non est solum.
Supra uires nihil tentandum.
Suo quisq; studio delectatur.
Spes mentem hominum fouet.
Turpe lucrum, adducit infortunium.
Tempus omnia secum trahit.
Trahit sua quenq; uoluptas.
Texendo mulier fit glorioſa.
Tempore aduersitatis probatur amicus.
Tempore omnia fiunt leuiora.
Terra matur est omnium.
Timor imperioſa res est.
Tyranno nemo amicus est.
Vitium immodicum, malorum causſa.
Ventre pleno melior consultatio.
Virtus non potest latere.
Vino modico somnus conciliatur.
Virtutis uia ardua est.
Vulgus amicitias utilitate probat.
Voluptates commendat rarior usus.
Vir bonus, Deo similis.
Vulnus iteratum tardius sanatur.
Vinum alleuat corporis uires.
Vbi timor, ibi & pudor.
Vbi amici, ibi opes.
Vsus est artium magister.
Vnus uir, nullus uir.

Virtute nulla possessio maior.
Variæ sunt rerum uices.
Vitia cælari non possunt.
Vires corporis facile contabescunt.
Vbi pudor, ibi timor.
Veritatis inuentrix est Lex.
Veritas, dux bonorum omnium.
Voluptate propria quisq; ducitur.

SENTENTIÆ quinq; dictionum.



Artis nemo iudex, nisi expertus.
Ad ocium procliues sumus omnes.
Aduersa æquo animo sunt tolerandà.
Adulatio maxima in amicitia pestis.
Adolescentis est maiores natu uereri.
Alterius salus, alterius est exitium.
Alterius opes, alterius sunt spolia.
Alia uita, alia uiuendi ratio.
Amicus uerus, thesaurus est magnus.
Amici in rebus aduersis cognoscuntur.
Aures omnibus accommodare, stultum est.
Ars laborat citra fortunæ opem.
Aduersis in rebus pauci amici.
Aduersa pios religiososq; homines reddunt.
Amicis utendum est cum modestia.
Apud mensam uereundari neminem decet.

Amor

Amor uerus, aduersis rebus crescit.
Amor credulus, siue suspicios⁹ est.
Amicitia in multos diffusa, marcescit.
Asinus mauult stramina quàm aurum.
Artes ubiq; locorum homines comitantur.
Aurum multis sæpe suasit perperam.
Animo culpa detento, nihil miserius.
Auarus animus nullo saciatur lucro.
Auarorum opes, luxu hæredes profundunt.
Amorem reuerentia, timorem odium sequitur.
Bona differre non est sapientis.
Bacillus uitæ est egregia eruditio.
Beneficio afficere iucundius, quàm affici.
Bonis quod bene fit, haud perit.
Beneficium nulli dandum est negligenti.
Bonos uiros nihil maledicta uulnerant.
Bibere ad numerum fœdum est.
Beneficiorum uicissitudo in amicitia necessaria.
Castitas, & pulchritudo raro cohabitant.
Canis pauperem peregrinum semper infestat.
Canis festinans cæcos parit catulos.
Clementia in homine nihil melius.
Cælant sua mala domesticæ sapientes.
Consilio melius uinc⁹, quàm iracundia.
Corrigere naturam malam difficile est.
Conuiuium sine colloquio, non sapit.
Colloquia bona, emendant prauos mores.
Contra mortem non est remedium.

Consilia non semper omnibus aperienda.
Consensus multorum, autoritatis uim habet.
Cum tempore, omnia fiunt leuiora.
Conscientiæ stimulus, nocentem assidue rodit.
Conuitia ferre magni animi est.
Cupiditas hominum non habet finem.
Coniugium unitum, ex amantibus constat.
Causas omnium quærere uanum est.
Dispares mores, disparia studia sequuntur.
Dives memineris, ut prosis pauperculis.
De suis quisq; uerba facit.
Damnaueris nullum caussa non cognita.
Dos est magna uirtus parentum.
Dum felis dormit, saliunt mures.
Dives amicos habet, pauper nullos.
Discordia gaudet ima summis permiscere.
Dissimulata uerba sæpe profectu carent.
Diuitiæ ignobilem nobilitare haud ualent.
Delitijs ad astra non itur.
Desperandum non est in aduersis.
Debitores equis frenum suscipientibus comparantur.
Diuitiæ labore parantur, prodigalitate pereunt.
Desiderare aliena, iniusticia est maxima.
Diuitiarum austodia maxima est miseria.
Diuites pauperes fastidire non debent.
Dolor inclusus homines magis cruciat.
Doctus pauper, diuiti indocto præponitur.
Errata ipsi nostra non agnoscimus.

Ebria

Ebrietas exponit ebrium omnibus risui.
Ebrietas in prælia trudit inermem.
Ebrietas obnubilat, & perdit uisum.
Fortis est, falsam infamiam contemnere.
Fortuna peaniæ ad tempus commodat.
Fortunæ aduersitati ars solatium est.
Filij parentibus non semper similes.
Fortuna in omni re dominatur.
Fortuna prospera dum blanditur perdit.
Fœmina cum ueste exuit pudorem.
Facilia aggredi difficile non est.
Fallacia alia, aliam sæpe expellit.
Fama est loquax & fallax.
Fœlicitatem homini locus non adfert.
Fides opere, non uerbo præstanda.
Fortunæ casus legibus non subiacent.
Fortunæ incommoda nihil mouent sapientem.
Gloria inanis malorum omnium caput.
Gratia tarda, ingrata esse solet.
Hominem ne te obliuiscaris esse.
Hæreditas famæ quàm diuitiarum honestior.
Humani animi difficilis est coniectura.
Homine bono nihil admiratione dignius.
Hominum pernicies maxima, est homo.
Iræ imperans uitam uiues ualidissimam.
Inimici plus docent quam amici.
Inimici ultionem negligere, est humanum.
Incumbere uarijs, ubiq; est languidum.

In aduersis rebus amicus noscitur.
Impossibilia optare sibi, delirantis est.
In omni re uarietas delectat.
Inuidus alterius rebus marcescit opimis.
In loco desipere dulce est.
Inuidus parem habere non patitur.
Ingratum esse, est miserum esse.
In ludo pectora nostra patent.
Inimicorum miseriæ, nostras tolerabiliores reddunt.
Inter uicinos odium immortale est.
Ingenia præclara æmulis nunq; caruerunt.
Incommoditas semper est comes commoditatum.
Ingenio non ætate, sapientia acquiritur.
Inuidus aliena bona semper uituperat.
Lites animi tranquillitatem adimere solent.
Lucrum malum, damnum semper affert.
Luxu corporis hebetescit mentis acies.
Laude, & obsequio uincuntur homines.
Labor assiduus consuetudine fit leuior.
Lucrum inhonestum, breues habet uoluptates.
Libenter feras quod necesse est.
Libere admonentes perquàm rari sunt.
Lætis rebus modus ponendus est.
Libidini homo naturaliter deditus est.
Loqui tacenda laudabile non est.
Miserrimum mortis genus fame mori.
Mores bonos colloquia praua diruunt.
Maiora perdes, parua ni retinueris.

Mores

Mores bonos conuictus inficit improbus.
Mores amici noueris, non oderis.
Mortalia omnia mutationes multas habent.
Multa mala affert hominibus ocium.
Maxima fœlicitas, scire uti paupertate.
Matrimonium inter æquales, bene contrahitur.
Medicina congruo tempore data, prodest.
Maxima mala non diu latitant.
Monentis uerba, impatiens animus odit.
Mora omnis amanti longa uidetur.
Mora omnis properanti longa est.
Mali sunt, bonis qui maledicunt.
Miseriam fide carere, miserrimum est.
Mediocritas in omni re tenenda.
Mediocritatem deserens, malos exitus habet.
Mors ærumnarum præsentis uitæ finis.
Mulieres ad lachrimas procliues sunt.
Mors à multis malis sæpe liberat.
Monere alium facilius, quàm seipsum.
Moribus domus ornanda, non picturis.
Male possidet, qui male utitur.
Metus est malus rerum interpres.
Malum non euitatur nisi cognitum.
Ne commercium habeas cum improbis.
Ne moueris malum bene conditum.
Ne disce turpitudinem, neu admiseris.
Natura non dedit imperare fœminis.
Natura non sinit præesse fœminam.

Nullam feres pauperie molem acerbius.
Natura nullam nobis patriam dedit.
Non expectaram, turpissima uox Imperatoris.
Naturam iniquitas morum plane inficit.
Nihil uulgarius, quam fallere homines.
Nox, amor, uinum turpia suadent.
Neglectis urenda filix innascitur herbis.
Nobilem superbum esse non decet.
Nemo sua sorte contentus est.
Nihil in rebus humanis stabile.
Nouitas placet, sed non diu.
Obsequio uincuntur, & domantur omnia.
Ocia mentem uariam assidue præbent.
Optime cogitata sæpe pessime cadunt.
Optima quæq; difficiles habent exitus.
Omnis res, properando parit errorem.
Omne malum nascens, facile opprimitur.
Onus sit leue, ferendo bene.
Omnium rerum extremum mors est.
Omnium uitiorum Regina est superbia.
Patria sua cuiq; iucundissima est.
Pessimus autor rerum gerendarum ira.
Post factum plerunq; magis sapimus.
Pruriunt cornua arietibus bene pastis.
Præstat inuidiosum esse, quam miserabilem.
Præceps ira multorum malorum author.
Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.
Pulchritudo corporis, fragile bonum est.

Periata

Periculosum est, se aquis credere.
Promissionibus diues quilibet esse potest.
Præstantiss marum rerum, summa raritas est.
Prudentis est, nihil temerè agere.
Pares cum paribus, facile congregantur.
Proba merx, facile emptorem reperit.
Plures uincantur æquabilitate, quam duritia.
Placidis dictis dolor recte curabitur.
Præstat tacere, quam loqui indecentia.
Plures, necat lingua, quam gladius.
Perturbato cordi, nihil est iucundum.
Patriæ fumus igni alieno lucalentior.
Plus uident oculi, quam oculus.
Peruersa sodalitia, malum fructum ferunt.
Pudore amisso, omnis Virtus ruit.
Per tormenta, secreta sæpe extorquentur.
Pectora iuuenes facile præcepta audiunt.
Qui nimium properat, serius absoluit.
Qui nescit dissimulare, nescit imperare.
Qui multum habet, plus cupit.
Res mala est, multa concupiscere.
Supellex mulieris est clarus clamor.
Suum quisq; studium maxime probat.
Summa cura lingua regi debet.
Stulti sunt, qui corrigi nolunt.
Silentium laudi, multiloquium uitio datur.
Superanda omnis fortuna ferendo est.
Stultus, perinde atq; luna, immutatur.

Solitaria

Solitariæ manus inualida pugna est.
Silendo nemo peccat, loquendo persæpe.
Spernimus in commune omnes præsentia.
Sine ope diuina nihil ualemus.
Sæpenumero pessima pro bonis amplectimur.
Sæpe consilio dissimilis est euentus.
Subtilitas animi ciborum copia impeditur.
Scelera sensim ac sensim serpunt.
Suus cuiq; attribuendus est error.
Sermo rarus, ornamentum maximum mulieribus.
Superbia in homine nihil deterius.
Sanitate nihil in uita melius.
Spes præcio emenda non est.
Sapientia nimia, non est sapientia.
Tempus nullum est infructuose transigendum.
Tempus ad lucem ducit ueritatem.
Temulentus dormiens, non est excitandus.
Tarditas in rebus gerendis odiosa.
Tanti quisq; habetur, quantum habet.
Tarditas est odiosa, grata celeritas.
Tacenda loqui, laudabile non est.
Temporalium rerum amissio, durissima est.
Timor ad fugam uelocem reddit.
Verecundia bonum in adolescente signum.
Violentia odium parit, odium dissensiones.
Vis sine consilio nihil potest.
Voluntas, & labor procreant artes.
Varium, & mutabile semper fœmina.

Vxorum

Vxorum uitia post nuptias discimus.
Vniuiq; dedit uitium natura creato.
Vini hilaritas minuit senectus molestiam.
Vinum bibere, non conuenit pueris.
Vinum modice sumptum auit ingenium.
Vinum sollicitis animis onus eximit.
Vinum modice sumptum conciliat somnum.
Vt quisq; est, ita loquitur.
Virtus à diuitum domibus exulat.
Vana gloria non est petenda.
Vitium ubi unum, ibi plura.

SENTENTIÆ SEX uocum.

ANimam curare magis necessarium, quàm corpus.
Ab aliorum casu disce quid uites.
A cane non magno, sæpe tenetur aper.
Adcò à teneris consuescere multum est.
Ad omnem disciplinam, tardior est senectus.
Agentes & consentientes, pari pœna puniuntur.
Amor uerus nullum nouit habere modum.
Amor duris rebus assuetus minus offenditur.
Arte corrigendum si quid male cecidit.
Alter dum infortunium patitur, tuum floret.
Animi anxietas homini haud parum nocet.
Ars naturæ defectum in multis supplet.
Astuti qui maxime uidentur, quandoq; decipiuntur.

Audi

Auari odiosi sunt omnibus, etiam propinquis.
Ad contrahendum matrimonium mora utilis est.
Amor cito accedit, tarde autem abit.
Amor carnalis, timoris res est plena.
Abstinere à placitis, non minima uirtus.
Amorem inueteratum, deponere facile non est.
Accipere iniuriam, melius est quàm inferre.
Argentum hominibus sanguis est, & anima.
Ars omnis sine exercitatione manca est.
Aauersa amorem virtutis haud eximere valent.
Aduersitas amicos probat, ostendit, atq; disperdit.
Aduersis in rebus, pauos amicos proba.
Aduersum necessitatem, ne Dij quidem resistunt.
Aurum lapide, auro mens hominum exploratur.
Amicus male agentibus, ægrotis medicus consulit.
Beneficium collatum, in gratos, solet fœnerari.
Beatissima Ciuitas, quæ à sapientibus regitur.
Bonæ Leges, ex malis moribus procreantur.
Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt.
Bonum quod quisq; operatur, sibi facit.
Beneficia alteri impensa, rememoranda non sunt.
Bonum est pueros esse sine uino.
Beneficiorum uicissitudo in amicitia necessaria.
Canis antiquus, cathenæ assuefieri non potest.
Certiora quæ videntur, quàm quæ audiuntur.
Credendum non citò est, quod dicitur.
Cauendum ab eo, qui semel imposuit.
Charius est, quicquid multa mercede paratur.

Consultatione

Consultatione re peracta non opus est.
Consilium petendum, à consultis & prudentibus.
Consuetudo cum bonis uiris est facienda.
Corpus magis dolere quàm mentem uelis.
Comite sceleſto haud unq̃ iturus utere.
Cura in omni re plurimum ualet.
Condimentum escæ fames, potionis sitis est.
Causas rerum qui potuit cognoscere, is fœlix.
Clementia res succedunt melius quàm feritate.
Conscientia bona, æneus est homini murus.
Cui fortuna aduersatur, amicos non habet.
Contemptus est uenenum pacis & amicitiæ.
Contagione unius hominis inficitur tota multitudo.
Desipere in loco, summa sapientia est.
Dißidentes facile superantur, concordes haud facile.
Difficile est tristi fingere mente iocum.
Difficilis res est inuentu uerus amicus.
Doctrina uana est, ratio ni acceſſerit.
Damnaueris nullum, causſa non cognita.
Dantur opes nullis nunc, nisi diuitibus.
Dux malus homines in errorem deducit.
Dos magis quàm fama puellarum diligitur.
Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.
Deceptus semel, uereatur etiam non uerenda.
Dies lætitiæ post ærumnas quandoq; aduenit.
Diuitiæ malorum innumerum sæpe causa sunt.
Ex paruo initio, res magna oritur.
Ex uitio alterius, sapiens emendat suum.

Ex aliorum erratis, ipsi cautiores efficimur.
Eximia est uirtus, præstare silentia rebus.
Ensis uulnerat corpus, sed animum oratio.
Aegrotis medico, mœstis amico opus est.
Esto comis erga tenuis fortunæ sodales.
Facilius quis consulit alijs quàm sibi.
Festinationis comites sunt, error, & pœnitentia.
Fœliciter sapit, qui alieno periculo sapit.
Facile euolat uerbum, tamen nunq̃ redit.
Frustra sapit, qui sibi non sapit.
Fides, & taciturnitas seruis necessaria est.
Facilia quæq;, in principio difficilia uidentur.
Facti fama etiam post mortem manet.
Famam incontaminatam seruans, diues sat est.
Fortuna nostra quantumuis tenui, simus contenti.
Filijs gloria potius, quàm diuitiæ relinquendæ.
Gallus in suo sterquilinio plurimum potest.
Gubernari à fœminis, magna iniuria est uiro.
Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus.
Hostem beneficijs uincere optima ultio est.
Humilis fortuna tutior est quàm excelsa.
Homo auarus quicquid agit properat omnia.
Habent & suam profunditatem tranquillæ aquæ.
Heri probitas familiam etiam reddit meliorem.
Homines amandi sunt, non eorum munera.
Homo curiosus, hostibus utilior quàm sibi.
Homo non fit lassus, faciendo lucrum.
Ingum qui ferre uolens, leue efficit.

Ipsa

Ipſa dies quandoq; pareus, quandoq; nouerca.
Infœlicitatem abſconde, ne inimicos reddas lætos.
Ingentes opes, non parantur ſine fraude.
Ingratitudo, omnia uitia in ſe complectitur.
In periculoſo negotio, non eſt dormitandum.
Inutilis eſt pudor, quum urget neceſsitas.
Inuendibili merci, oportet ultro emptorem adducere.
Indicat amicos tempus, ut ignis aurum.
Iuuenes in malum maxime procliues ſunt.
Iudex in omni re irreprehenſibilis ſit.
Ira & uinum, arcana non retinent.
Ira incluſa, magis nocet, quàm referata.
Iuuenes lætitia decet, ſenes uero grauitas.
Ingenia ſumma, ſæpe in occulto latent.
Innocens ubiq; tutus eſt, nihilq; timet.
Inter loquendum caue, ne ſecreta pronuncies.
Iacturam elige potius, quàm turpe lucrum.
Iuuenes maxime ab ebrietate aſtodire oportet.
Ira in connubio eſſe non debet.
Inuidia eſt dolor, de alienis bonis.

Latrante ſtomacho, omnis mora, bilem mouet.
Longior uita, ſolet plurima incommoda afferre.
Liberalem oportet eſſe, ſed pro faultate.
Lucrum niſi eſſet, nemo malus eſſet.
Libentius oculatis, quàm auritis teſtibus creditur.
Leue fit, quod bene fertur onus.
Legem ſtatuens, legi ſe ſubijcere debet.
Lucrum iniuſtum, periculum, non diuitias parat.

Lingua prauí hominis, acutior est gladio.
Mulier mala, unctis feris est ferocior.
Matrona frugi passim non est obuia.
Mulier domus salus est, & calamitas.
Multa eueniunt homini, quæ non uult.
Multa bona multis præter spem euenerunt.
Mentis habitum sermonis altus solet indicare.
Multis displicet, qui sibi nimium placet.
Multo præstat mediæ initia, quam finem.
Magnæ res discordia pereunt, concordia ualent.
Mendacium odit omnis sapiens, & bonus.
Molestissima difficultas nolle, & tamen cogi.
Mala incerta dubiaq; magis angunt hominem.
Mala alterius prius rescimus, quàm bona.
Monitio loco temporeq; congruo fieri debet.
Mors communis est omnibus, nulliq; parcit.
Munera magnates etiam ac potentes illaqueant.
Melius est tacere, quàm frustra loqui.
Mensura in rebus omnibus res optima.
Nil nostrum est, quod auferri potest.
Nulla discordia, ubi idem est animus.
Ne quenq; punito, rem nisi expenderis.
Noli misero insultare, sors communis est.
Nunquàm repente uir bonus ditatus est.
Non ætate, sed ingenio adipiscitur sapientia.
Ne curis tuum ipsius animum excrucies.
Non parum lucri facit, qui damnum effugit.
Nil præter quod gliscit, nouit fœmina.

Nihil est ab omni parte beatum.
Nihil peius mœrore in rebus mortalium.
Ne cuncta semper, oro, credas omnibus.
Ne studeas malefacere, confisus opibus tuis.
Nihil est tam graue, quàm paupertas.
Nihili uirum caue unq̃ amicum feceris.
Nihil sanitate in uita prestantius.
Ne conare quod fieri non potest.
Nulli tacuisse nocet, nocet esse loquutum.
Naturæ suum ius eripere difficile est.
Nullum ens naturale, natum est ociosum.
Non nocent præterita, si non placent.
Nulla grauior pestis, quàm malus uicinus.
Oportet id quod adest boni consulere.
Omnis mora, quantumuis pusilla, longissima uidetur.
Onus cui impar sis, ne subieueris.
Omne superuacuum pleno de pectore manat.
Ordine nihil pulchrius, neq; utilius est.
Patienter ferenda, quæ mutari non possunt.
Pauci in secundis rebus moderati sunt.
Pessimi sunt consultores ira, & cupido.
Plurima sunt cognoscenda, sed optima retinenda.
Protinus apparet, quæ plantæ frugiferæ sint.
Parua scintilla contẽpta, maximum excitauit incendium.
Præterita reprehendi possunt, corrigi non possunt.
Pulchrum est modum cuiusq; scire temporis.
Præstat mori, quàm fœdam uiuere uitam.
Præstat ægere, quàm ex scelere ditescere.

Paupertas ærumnosa quidem, uerum sæpe est.
Proditiones placent principibus, sed non proditores.
Proditor alterius, nec tibi fidus erit.
Pinguis uenter, non gignit sensum tenuem.
Plus audet quisq; domi, quàm foris.
Probis ab animis, facta promanant proba.
Peccatum magnum, occultum esse non potest.
Pauperes ad uirtutes haud facile emergunt.
Patria est homini, ubicunq; fœliciter agit.
Præterita compellunt nos, futurorum rationem habere.
Pulchrum est iniurias, in gratiam commutare.
Pax homines decet, ira uerò feras.
Peccator fœlix, non potest esse diu.
Peccator assidue timet, etiam DEI fulmen.
Pudor mulieres magis decet, quàm purpura.
Quod repente attollitur, non est diuturnum.
Qui fugitant laborem, optant dies Festos.
Quicunq; recusabit laborem, non feret fructum.
Quod uni bonum, alteri malum uidetur.
Quod non est assuetum, laborem recusat.
Quàm multa mala hominibus affert ocium.
Quisq; aduigilat ad id, quod expetit
Quæ merito patris, facile ferenda sunt.
Qui hodie uiuit, cras mori potest.
Quis non inflatur prædicatione laudum suarum?
Qui cito credit, leuis est corde.
Rei non bonæ consuetudo pessima est.
Rebus maximè prosperis, metuenda diuersa fortuna.

Rex

Rex magnus quisquis se bene rexerit.
Reprehensor aliorum, absq; uitio esse debet.
Regem fides magis tuetur, quàm ferrum.
Ruina sero ueniens, solet esse maior.
Reos defendere ob lucrum, turpe est.
Solatium est in miseris, amicus compatiens.
Secundæ res incautos dementant, & perdunt.
Senectutis sors, est ocium & quies.
Sæpe de leuissimis causis existit ira.
Sine pennis uolare, haud facile est.
Sapientis est, à uiro sapiente discere.
Sat suntorum habet, qui bene operatur.
Seipsum ignorare, & aliena scire, inuperabile.
Sani facilime ægrotis recta consilia prebent.
Senex homo est molestus cœtui iuuenum.
Sapientia non est res ulla dignior.
Sapiens in se omnem habet substantiam.
Sapienti turpe est dicere, non putaui.
Semper malis inuisa fuit egregia Virtus.
Senex multa quæ non uult, uidet.
Sola pecunia possunt expugnari alioquin inuicta.
Satius est initijs mederi, quàm fini.
Sine conuictore amico, insuauis uita est.
Suæ quenq; sortis pœnitet, aliena miratur.
Semper similem ducit DEVS, ad similem.
Semper metuit nimium præsaga mali mens.
Satius est tacere, quàm tacenda proloqui.
Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.

Tum iudicant homines, ubi iam pœnitet.
Tardus nuncius bilem ciet in naribus.
Voluptate capiuntur homines, ut hamo pisces.
Verus amor nullum nouit habere modum.
Vnicum confugium in egestate est Ars.
Vsus rei alicuius prodest, negligentia obest.
Vinum immoderate sumptum, non parum obest.
Vino modico nerui iuuantur, copiosiore læduntur.
Vino aluntur uires, sanguis, colorq; hominum.
Verbum semel emissum, reuocari non potest.
Verbis damnum rei alicuius non tollitur.
Verbum miserum, ac pessimum est, habuisse.
Vicinum malum, aliquid mali uicino adfert.
Vigilare leue est, peruigilare uero graue.
Vxoris castitas amoris uinculum insolubile est.
Vino forma perit, uino corrumpitur ætas.
Vir malus est, qui malum laudat.
Vitia Virtutis specie fucata, magis nocent.
Vitio omnino careat, qui alios reprehendit.

SENTENTIÆ PLV-
rium dictionum.

A Cane non mangno sæpe tenetur aper.
Amicus magis necessarius, quàm ignis & aqua.
Amicitiæ conciliatrix est, morũ, & studiorũ similitudo.
Amici non æstimandi, qui solum lucrum spectant.
Amicitia maius nil dedit natura, nec rarius.

Amor

Amor, & melle, & felle fœcundissimus est.
Arcana, & commissa tacere qui nescit, hic fugiendus est.
Aduersa ferre leue est, at perferre graue.
Amor carnalis euanescit citissime tempore absentiaq;.
Amor carnalis fugiendo uincitur, contra uero augetur.
Amicum in aduersitate positum descrere, turpe est.
Amicum descrere probum uirum pudet, nec decet.
Amici fideles, certi atq; stabiles, rari sunt.
Adolescentum facta, parentibus cælata haud esse debēt.
Amico noli maledicere, ac ne inimico quidem.
Amicis, & fœlicibus & infœlicibus, eundem te præbe.
Amicū cito ne facias, quem autē feceris cito ne dimittas.
Amicum eum dixeris, qui quando peccaris, te redarguat.
Auaritia quidquid omnibus abstulit, sibi ipsi negat.
Aduersa æquo animo tolerare Virtus est maxima.
Amor ocij, & uoluptatiū, penitus in natura hominis hærēt
Amicitia uera, idem uelle, & idem nolle.
Beneficium collatum, in gratos, solet fœnerari.
Bene pauperem esse melius est, quàm ditescere malo.
Boni ad bonorum conuiuia ultro accedunt.
Beneficium præstitū cuiq; obijcere, non ingenui animi est.
Beneficiū accipere, qui scit, sed reddere nescit, impro-
Bonus est, qui studet esse, quod ab alijs audit. (bus est.
Bonus est, qui uirtutis amore non peccat.
Bona nostra tum cognoscimus cum à nobis sublata sunt.
Bona citius ac prius quàm mala, è medio tolluntur.
Bona uera quæ sint pauci cognoscere ualent.
Beneficium in bonos collatum, haud parum prodest.

Consuetudo si ei non resistitur, fit necessitas.
Caulas rerum, qui potuit cognoscere, is fœlix.
Ciborum uarietas, tam animo quàm corpori nocet.
Contagia sunt uitanda, nam multa mala inferre solent.
Corpus cibis onustum, non lauandum in balneo.
Consuetudo in rebus omnibus semper est potentissima.
Cum amico bene merito, non suscipiendum certamen.
Cupiditas diuitiarum, malorum ferè omnium causa est.
Careat omni uitio, qui in alium paratus est dicere.
Cote aurũ explorant homines, at ipsi auro explorãtur.
Cibus modestus, ad multam senectutis uitam prorogat.
Diligitur nemo, nisi cui fortuna secunda est.
Diues est, qui nihil sibi deesse putat.
Dolore uinci malum est, nec uirum decet.
Dos non facit faustum Coniugium, sed Virtus.
Durum est ea relinquere, quibus diu assueueris.
Dum non licet ut expeto, uiuo ut queo.
Difficilius est fœlicem, quàm aduersam ferre fortunam.
Diuitiæ sine prudentia, non tuta est possessio.
Decipi te potius sinas, quam alios fallas.
Diuitiæ male acquisitæ, diuturnæ esse non possunt.
Exiliũ est illic homini, ubi parum commode uiuit.
Ebrietas dissipat bona, multo cum labore parta.
Esse oportet ut uiuas, non uiuere ut edas.
Ebrietas priuat hominem sensu, & ratione naturali.
Ea quæ natura nobis inseuit, non facile relinquuntur.
Errare humanum est, perseuerare in errore, diabolicũ.
Exacta, & nimis seuera uitæ ratio inutilis.

Fortis

Fortis animi est, non perturbari in rebus aduersis.
Facile fustem inuenerit, qui apit cædere canem.
Fœliciſſimus ai nihil ɔ̃tigerit in uita mali.
Fœlix quicunq; dolore alterius discet posse carere suo.
Facile est absentem uincere, qui non repugnat.
Feræ naturam suam protinus ostendunt, homines cælant.
Fortunam fœlicem difficilius est, quám aduersam ferre.
Fœlix, qui laudibus, & ɔ̃uitijs non mouetur.
Fatuus non est, qui in ɔ̃uiuio tacere potest.
Famã bonã amittere peius est, quàm nobiliſſima quæq.
Fides tarda, solet esse in rebus magnis.
Gratior est pulchro ueniens e corpore Virtus.
Generosus non qui diuitijs, sed qui uirtute splendeat ha-
Gubernari à fœminis magna iniuria est uiro. (bendus.
Homines in malum proniores sunt, quàm in bonum.
Hommes elati, atq; humiles sunt, sicut se res dat.
Inter socrum & nurum, uetus est bellum.
Insperata accidunt magis sæpe, quàm quæ speres.
In aliena uicia natura sumus oculati, in nostra cæci.
In rebus malis, opus est bono ɔ̃silio.
Impoßibile est negligẽtibus dominis, seruos esse solicitos.
Ii demum recte uiuunt, qui quæ in alijs uituperant, ip-
si non committunt. (si
Imperium non spacio, sed stabilitate metiendum est.
Ignem in gremio gestat, qui aßiduo utitur uino.
Iudicare de arte nemo potest, nisi expertus.
Iuuenile uitium est, impetum animi regere non posse.
Inter secũdas res esto moderatus, inter aduersas prudẽs.

Locorum interualla uerorum amicorum memoriam non extinguunt.

Laudatur non qui diu, sed qui bene uixit.

Laudare sua, & aliena uituperare nemo debet.

Leges ibi nihil possunt, ubi pecunia regnat.

Leges sine moribus uanæ sunt, & nihil proficiunt.

Lingua est pessima pars in malo homine.

Modus omnibus in rebus, optimus est habitus.

Multi inuident alijs bonum, quo ipsi carent.

Miser timet assidue, ne deterius ei contingat.

Miseris unicum solatium est, socium in pœnis habere.

Malus fœlix esse nequit, etiamsi ditissimus sit.

Mala illata æquanimiter tolerat, qui maiora ueretur.

Mali non quiescunt, nisi prius aliquid malum perpetrauerint.

Malo bene facere tantum periculum est, quantum bono malefacere.

Matrimonium, & regnum, duos unà non capit.

Miserias ferre leue est, perferre autem graue.

Mora ad præstandum auxilium breuis esse debet.

Mora sæpe sanat, quod ratio nequit sanare.

Magni exercitus sæpe à minoribus cæsi sunt.

Non refert quàm diu uixeris, sed quàm bene.

Nullũ animal, nulla merx difficilior cognitu, quàm homo.

Non uiuendum ut edas, sed edendum ut uiuas.

Non proderit tibi ingenij fœlicitas, nisi exeraueris.

Nil turpius, quàm cum familiari bellum gerere.

Nemo est hominum, in quo non aliquid uitij inest.

Non

Non est beneficium, quod in quæstu nititur.
Non fœminam aurum exornat, sed boni mores.
Nihil securius quàm cum spe semper timere. (perari.
Nemo est, qui non lubentius aupiat laudari, quàm uitu-
Nullus dolor est, quem lõginquitas temporis nõ minuat.
Nullus uir magnus fuit, sine afflatu Diuino.
Ne des alijs iustam de te querendi occasionem.
Nil melius lingua, nil quoq; peius ea.
Nocere posse & nolle, mansueti hominis est.
Nemo sic diligenter aliena, ut sua curat negocia.
Nihil est tam diuturnum, quod non emolliat assiduitas.
Non est eiusdem, & multa, & opportuna dicere.
Nihil odiosius, quàm quod semper idem est.
Nihil recte faciunt ministri, nisi adsit Herus.
Nullus est dies mœrore uacans in hac uita.
Non facile obliuioni traduntur, quæ quis diu didicit.
Nihil magis exornat mulierem, quàm boni mores.
Ne festina diuescere, ne pauper fias statim.
Nemo sic diligenter aliena, ut sua curat negocia.
Non omnia eueniunt, quæ in animo statueris.
Omne nimium cunctis in rebus est fugiendum.
Omnes sibi melius esse malunt, quàm alteri.
Omnis mora quantumuis pusilla, longissima uidetur.
Optimum erit, si quis tempus spectauerit aptum.
Omnibus respondere seruile, omnes despicere stulti &
superbi.
Patrum mores non sunt arguendi, sed ferendi.
Ponere modum iræ, & uoluptati, bonum est.

Pluris

Pluris est oculatus testis unus, quàm auriti decem.
Pudicicia semel amissa, nulla arte est reparabilis.
Paupertatem fateri non turpe est, sed non effugere.
Paupertas fit grauior, si ad illam accedat infamia.
Pace in hac uita nihil melius est, & utilius.
Patiens is est aduersa æquanimiter qui sustinet.
Pacientia leue fit, quicquid corrigere nefas est.
Pauper est, non qui parum habet, sed qui plus cupit.
Possunt homines ferre incommoda, contemnere autem
laudes suas nemo.
Ponere modum iræ, & uoluptati, bonum est.
Pudor semel cum perierit, iterum redire nescit.
Quæ cernuntur certiora sunt, quàm quæ audiuntur.
Quod quisq; uehementer amat, eius non potest obliuisci.
Quicquid præter spem euenit, id deputato esse in lucro.
Quid de quoquo uiro, & cui dicas, sæpe uidete.
Quod multi faciunt, non continuo bonum est.
Quod satis est, cui contingit, nihil amplius optet.
Qui se peccare nescit, corrigi non uult.
Quod natura est insitum, nullo corriges negotio.
Quihodie floret, cras extrema potest affici infœlicitate.
Quando non ut quimus, ut possimus uelimus.
Qui beneficium collocat in ingratum, perdit operam.
Quicquid natiuum est, id haud facile mutatur.
Qui simul duplex captat commodum, utroq; frustratur.
Quod satis decretum est, id nemini licet euitare.
Quod factum est, infectum fieri non potest.
Quam quisq; nouit artem, in hac se exerceat.

Qui

Qui de se prædicant arrogantius, malos habent uicinos
Qui bona didicit, haud æquum facit, si ea dediscit.
Quæ quis uult facere, ea publicare non debet.
Quod durum fuit pati, meminisse dulce est.
Res non potest consistere, cum quæstum superat sumptus.
Res in initio pusilla, crescit in maius.
Res factu ardua, tamen assidua industria peruincitur.
Res humanæ natura procliues sunt ad corruptelam.
Reprehensio mitis potius esse debet, quàm seuera.
Requies uires reparat, ac fessa membra renouat.
Sæpe etiam sub palliolo sordido, sapientia est.
Stultorum est, quæ assequi nequeunt, frustra captare.
Silentium optimus est quietis, ac tranquillitatis asstos.
Sæpe fortes in bello uincuntur à fragilibus.
Si non potes quod uis, id uelis quod possis.
Si dixeris quæ uis, quæ non uis audies.
Sæpe mali malefacta uiri, populus luit omnis.
Sæpe uincas patientia, quæ non uiceris impetu.
Sui rex esse qui potest, omnia iura in se retinet.
Sanitate nihil melius, neq; commodius in hac uita.
Sermo facundus, in uia pro uehiculo est.
Scelus unius, in omnes referendum non est.
Senectus, multa commoda secum adfert, atq; auffert.
Sapientis est animum flectere, ubi opus est.
Tacere qui nescit, idem, & loqui ignorabit.
Talis quisq; fit, cum qualibus agit familiaritatem.
Vbi quisq; thesaurum habet, ibi habet & cor.
Vt tua fuerit oratio, ita tibi respondetur.

Volun-

Voluntas sæpe laudanda est, ubi uires desunt.
Vxor quæ pudicitiam amisit, omnia simul perdidit.
Victum para undecunq;, at non ex crimine.
Vbi quisq; dolet, ibidem & manum habet.
Vita nostra similis est bullæ in aqua.
Vxoris uirtus, non facies, marito placere debet.
Vini moderatus usus, reficit corpus, & animam.
Vinum recreat hominis uitam, si moderate utitur.
Vigilandū est illi, qui tempori uult negocia sua conficere.
Vita optima, quæ uirtute prædita, non quæ longissima.
Vindicare tarde, longe est melius, quàm inconsulte.

SENTENTIÆ

sacræ, pro Triualibus Scholis, & Christianis collectæ, festis diebus iuuentuti literariæ proponendæ.

Absq; DEO nihil possumus.
Affectum cordis exigit Deus.
Afflictis adesse solet Dominus.
A DEO pendent omnia.
Ad terrena non respiciendū.
Arbor ex fructibus cognoscit.
Assidue bene operandū (tur.
Aduersitates nostræ à DEO.
Auaritia infert DEI oblitionem.

Ad

Ad Verbum DEI, nihil addendum.
A solo DOMINO cuncta sperandâ.
Amisso Verbo DEI, omnia amittuntur.
Animæ salus, ex Verbo DEI pendet.
Auari Verbum DEI derident.
Audaces DOMINVS deijcit.
Ab Adam peccatum in nos deriuatum est.
A DEO omnia donantur, quibus egemus.
Ad uanitatem natura procliuis est homo.
Auxilium à DOMINO expectandum.
Auaritia cor occæcat, & indurat.
Auctor omnium operum DEVS.
Afflictiones piorum temporariæ.
Afflictorum DOMINVS est spes.
Afflictio ob malefacta, non meretur laudem.
Afflictiones piorum, sunt remedia errorum.
Aduersa reddunt homines pios, & religiosos.
A peccato innoxius nemo.
Aduersitas grauior est, quanto magis improuisa euenit.
Aduersa uirtute insignito, dulcia atq; leuia sunt.
Aduersa omnia fidelibus in bonum cedunt.
Alimoniam necessariam DEVS suis non negat.
Benedictio DEI omnia fœcundat.
Bona omnia dantur credentibus.
Bonorum nostrorum dispensatores tantum sumus.
Beneficia Dei in luxuriâ uertentes, grauiter punientur.
Bona omnia à DEO.
Beneficij diuini solent exaltati obliuisci.

Benefi-

Beneficiorum DEI recordatio, utilis.
Blasphemiam DEI, pius ferre non potest.
Bonum est, quicquid à DEO conditum est.
Benefaciendo proximis, defatigari non oportet.
Bonorum affluentia, sane res est periculosa.
Bonitas DEI, in rebus omnibus elucet.
Bellandum non est, nisi necessitate urgente.
Bellum mouentes, primi sæpe uincuntur.
Bello parta, bello pereunt regna.
Bona piis adueniunt DEI gratia.
Bona opera probant, ac testamur fidem.
Benedictio DOMINI, credentes alit, & sustentat.
Cognitio DEI uita æterna.
Consilo DEI omnia fiunt.
Credenti omnia sunt possibilia.
Consilio DEI omnia mutantur.
Charitas tegit peccata.
Charitas omnia complectitur.
Charitas caput Legum.
Credentibus omnia bona communicantur.
Christiani templum DEI sunt.
Charitas symbolum credentium.
Charitas est plenitudo Legis.
Cunsilium nullum contra DOMINVM.
Carnales regnum DEI non uident.
Confidentia sola habenda in DEVM.
CHRISTVM qui sola fide habet, omnia habet.
CHRISTVS est omnium bonorum thesaurus.

Crux

Crux sequitur confessionem fidei.
Crucem sequitur gloria.
Compatiendum omnibus.
Crux est probatio fidei.
Conscientia certa omnia facienda sunt.
Cæcitas est pœna contemptus Verbi Dei.
Consilio, & industria omnia gerenda.
Calamitas omnis peccatorum pœna est.
Credentes, Deo omnia committunt.
Credentes in Christum habent uitam æternam.
Concordia Ecclesia regenda est.
Christo data est omnis potestas.
Christum audit qui ex Veritate est.
Cibus nullus, puræ & rectæ conscientiæ impurus.
Ciborum usum interdicere impium.
Consuetudo ubi uitia impunè grassantur, pro Lege habetur.
Contumeliam ferre homini ingenuo durum.
Consolator Deus in tribulationibus.
Christo obediunt omnes creaturæ.
Christi regnum in æternum durabit.
Cultus Dei sine fide nullus.
Consilium Dei immutabile.
Cura omnis Deo committenda.
Christus unus à morte liberat.
Christum sequentibus, nihil deesse potest.
Cum hostibus beneficio agendum.
Cupiditas habendi radix omnium malorum.
Confidendum non est in hominem.

Consilia hominum à Deo moderantur.
Contra mortem, non est remedium.
Deus malorum acerrimus punitor est.
Dei ira quos premit, miseros facit.
Deus iudex iustissimus rerum omnium.
Dei dona sunt, quæ homines possident.
Deus, & animæ, & corporis Pater.
Deus ante placandus, quàm rogandus.
Deus misericors est summopere.
Deo parent omnia.
Deus orantes exaudit.
Deus cor hominum mutare potest.
Dei figmentum sumus.
Damnati multi, electi uero pauci.
Deus creator gubernatorq; omnium rerum est.
Deus amore gubernat omnia.
Deus causas omnium cognoscit tantum.
Deus uitam uiuentium dat, & aufert.
Deus potest omnia.
Deus Pater est omnium.
Deus nunquàm irascitur, nisi iustis de causis.
Deus bonorum omnium remunerator est.
Deus maiora dona quàm exigimus sæpe præstat.
Deus superbis resistit, atq; eos humiliat.
Deum offendens, impunis non erit.
Deus Cyrannos acriter punit.
Dei uoluntas omnibus in rebus spectanda.
Deus opitulatur in afflictionibus.
Deus curam nostri habet.

Dam-

Damnandum temere nihil est.
De uerbo ocioso reddenda est ratio.
Deus emendat nos cruce.
Deus fons omnium bonorum.
Deus subito suos adiuuat.
Deus solus scrutator cordium.
Deo nihil non possibile.
Deus conditor rerum omnium.
Deus in tempore succurrit.
Deus solus sempiternus est.
Deus fide agnoscitur.
Deus spes fidelium.
Deo nihil est occultum.
Deo omnia patent.
Deus regit omnia.
Doctrina quæuis probanda.
Deus homini omnia subiecit.
Deus non respicit personas.
Deo subijciuntur omnia.
Deus principio caret.
Deus est uerax.
Deo nihil impossibile.
Dei uoluntate omnia fiunt.
Dei uoluntas immutabilis est.
Deus omnia quæ uult facit.
Deus omnia in omnibus agit.
Deus omnia propter se creauit.
Deus peccata punit peccatis.
Deo resistere, fas possibileq; homini non est.

Deus diligit nos magis, quàm ipsi nos.
Deus honorandus est super omnia.
Deo magna, fortunæ parua committenda.
Deus per inimicos ulciscitur de inimicis.
Deus est sempiternus, & immutabilis.
Deus solus nouit scelera recte punire.
Deus nulli se negat.
Dij taciti iuuant.
Delitiæ mundi, stercora sunt pijs.
Dilectio est impletio Legis.
Deus uidet, & audit omnia.
Dei consilia nobis abscondita.
Deo plus obediendum, quàm hominibus.
Deus sibi soli omnia reseruauit.
Dei mandatis nihil addendum.
Diuitiæ obueniunt benedictione Dei.
Deus suos liberat suo tempore.
Diues, & pauper à Deo facti.
Deus ubi non est, ibi nihil.
Deum humana astutia nihil cælare potest.
Deo aduersante, omnes creaturæ aduersantur.
Deus homines non uult ociosos esse.
Diuitiarum cupiditas à Deo abducit.
Deus pascit, ac seruat nos citra nostram curam.
Deus est spiritus, & in spiritu adorandus.
Dei opera, & consilia inscrutabilia.
Deus solus, & gratis dimittit peccata.
Deus operatur omnia bona opera in nobis.
Deus uerbo suo monet, antequam puniat.

Deus

Deus corripit, sed non abiicit suos.
Extollens se humiliabitur.
Exempla multorum non sunt imitanda.
Externa non inquinant hominem.
Eueniunt, nō quæ nos instituimus, sed quæ Deus decreuit.
Externa curare neglectis internis, cæcitas est.
Emendatio uitæ fit lege Dei.
Ebrietatis pœna stultitia.
Fidelibus nihil deest.
Fideles mundus odit.
Furor deprauat iudicia.
Fides Dei donum est.
Fides sola iustificat.
Fides gratis datur.
Fidem respicit Deus.
Fidei signa opera sunt.
Fides facit filios Dei.
Fides aduersitate probatur.
Fidelium mors uita.
Fideles sunt Deo curæ.
Famis tempore satiantur fideles.
Fides bonorum operum fons.
Fides Verbis Dei nititur.
Futurorum cura nobis inutilis.
Fame fideles non pereunt.
Fides uera, non potest esse ociosa.
Fides aliusque ex fructibus cognoscitur.
Fides Deo placet magis, quàm sacrificium.
Gloria Deo tribuenda, non nobis.
Gemitus oppressorum exaudit Deus.

Garrulitas non est absq; peccato.
Garrulitas stultitiæ, & mendacij argumentum.
Gratis nondum natis promittit Deus bona.
Humiles erigit Deus.
Homini non fidendum.
Homini cuncta seruiunt.
Humilitatem uult Deus.
Hominis uita militia est.
Honor solius Dei est.
Humani conatus inutiles.
Humana solatia pereunt.
Homo calamitosum animal.
Homo ad calamitatem nascitur.
Homo omnia à Deo accipit.
Humilibus Deus dat dona sua.
Hominum sapientia, non uiribus regitur.
Humiliat Deus omnia excelsa.
Hominis ornamentum barba est.
Hominis cor ex natura sua malum.
Humana ratio Deum non agnoscit.
Homo sibiipsi calamitatum author.
Hostem beneficio uincere optima ultio.
Immisericors misericordiam non meretur.
Impietatem semper sua sequitur ultio.
Iniuria tandem non manet inulta.
Impiorum semper fertilis seges est.
In aduersis rebus securum esse, magnum Dei donum.
Iudicia Dei inscrutabilia.
Inobedientia Deo displicet.

Iudicij

Iudicare alios periculosum.
Infidelitas omnia impurat.
Iudicandum post causam cognitam.
Impiorum consilia non succedunt.
Incredulitas radix omnium peccatorum.
Impij suo consilio confunduntur.
Impij dona Dei contemnunt.
Ignorantes Legem Dei maledicti sunt.
In timore Dei omnia aggredienda.
Impijs voluptas est alienam famam ledere.
In solo nomine IESV salvamur.
In operibus bonis non est torpendum.
Impius quod maxime timet accidit ei.
Impijs omnia cedunt in malum.
Labore comparandus victus.
Liberalibus benedicit Deus.
Laborandum est, ut proximo prosimus.
Lætitia iustorum nunquam perit.
Liberorum copia, Dei donum optimum.
Longior vita diuturna calamitas.
Magistratui parendum.
Mortis certum tempus.
Morbi ob peccatum veniunt.
Maioribus honor exhibendus.
Miracula non temerè fiunt à Deo.
Mali puniendi, ut non lædantur boni.
Misericordia Dei initium salutis nostræ.
Mens bona Deo offerenda est, non aurum.
Maneus in Deo non peccat.

Misericordia Dei omnibus necessaria.
Mors dura sequitur bonam uitam.
Monitis salutaribus non obtemperantes pereunt.
Mors in credentes nihil iuris habet.
Malus Magistratus populo malo datur.
Malum non alio malo, sed bono pellitur.
Malis Deus utitur ut organis.
Non temerè iudicandum.
Nullum malum impunitum.
Nemini maledicendum.
Nihil peius ingratitudine.
Nemo sine peccato est.
Nemo coram Deo innocens.
Nemo sibi soli natus est.
Nulla re abutitur iustus.
Non ferunt impij castigationem.
Nihil facilius quàm calumniari.
Nullus Propheta acceptus in patria.
Numerus populi Dei paucissimus.
Nihil possumus ex nobis.
Nihil pestilentius mala doctrina.
Non obliuiscitur suorum Deus.
Nihil cæcius corde impij.
Nihil externi moratur Deus.
Non satis bene cæpisse, nisi perseueres.
Ocium execratur Deus.
Omnes sumus peccatores.
Omnia hominum opera impura.
Operarius cibo suo dignus.

Optimus

Optima pœnitentia uita noua.
Oculorum concupiscentia decipit.
Omnia nostra in manu Dei posita.
Omnia possibilia sunt credenti.
Opus non respicit Deus, sed animum.
Omnia propter hominem condita sunt.
Omnia verbo Dei condita sunt.
Omnia in melius interpretanda.
Opportunitas nusquam non obseruanda.
Orandi torpor malum præsagium.
Pecandi consuetudo pessima.
Principium rerum omnium est Deus.
Peccatum, mortis aculeus.
Peccatum ubi est, illic ira Dei.
Peccati causa à Deo non est.
Pœnitentia non est in hominis arbitrio.
Pudor utilis ad peccati odium præparatio.
Peccatum diuinæ legis transgressio.
Patientia obedientiæ testimonium.
Peccatorum nostrorum culpa nobis, non Deo imputanda.
Potentes Deus deiecit.
Pios fouet Dominus.
Peccatum causa mortis.
Peccata operit charitas.
Pœna impiorum æterna.
Parentibus obedire debemus.
Piorum memoria æterna.
Pauperes ulciscitur Deus.
Peccata non delentur operibus.

Piis condiuntur dulcia amaris.
Piis omnia cedunt in bonum.
Princeps bonus à Domino datur.
Peccata dimittuntur ex gratia Dei.
Pascit Deus suos certissime.
Peccatum est, quod absq; fide est.
Personarum acceptio non est apud Deum.
Pauperi merces non differenda.
Peccata solus Deus remittit.
Prouidentia Dei orbis gubernatur.
Propitius Deus optima hæreditas.
Puer alimenta in mundum secum adfert.
Qui plus ambit, minus consequitur.
Qui magna moliuntur, nihil efficiunt.
Respublica propter pios floret.
Redditur uniuiq; iuxta facta sua.
Reprobos recta monita reddunt deteriores.
Rebus utendum, sed non fidendum.
Reprehensio sit sine calumnia.
Senectus uenerandæ.
Sacrificia impiorum, Deo abominabilia sunt.
Salus ex Dei gratia nobis contingit.
Superbos perdit Deus.
Societas mala uitanda.
Successus à Deo est.
Superbia animarum perditrix.
Scandalum non præstandum pueris.
Sapientia, non arma defendunt.
Seditiosis res nunquàm fœliciter cessit.

Sine

Sine fide in CHRISTVM nemo salvatur.
Sine Verbo Dei nemo est sapiens.
Sapientes ferunt castigationem.
Sathan nocere nequit, non permittente Deo.
Sapientum consilia Deus irrita facit.
Sapientia humana stultitia in rebus Dei.
Sine fide omnes Deo exosi.
Spes nihil aliud est, quàm fidei constantia.
Timentibus Deum nihil nocebit.
Tribulatio homines ad Deum convertit.
Tarde est irascendum.
Tranquillitas in hac vita non speranda.
Timentes Deum bene viuent.
Voluntas Dei bona.
Veri boniq; fons est Deus.
Verbo Dei alimur.
Verbo Dei omnia facta.
Voluntas Domini stabilis.
Vindictam prohibet Deus.
Veritas semper persecutores habebit.
Vxor bona datur à Domino.
Vocatio cuiq; sua curanda.
Veritatis contemptus grauissimum peccatum.
Vincere cupiditatem maxima fortitudo.
Vita hominis super terram militia est.
Vita humana veluti flos est.
Vita hominis bulla, & vapor.

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169784782X/phys_0077

COMMVNIORA

atq; quotidiana morum puerilium Præcepta.

SVrgens mane, primum diei initium auspicaberis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Et Dominica oratione commendabis te Christo.

Gratias ages, quod eam noctem uoluit prosperam tibi.

Deinde precaberis, ut diem itidem illum totum tibi fortunet bene, ne impingas in peccatum.

Mox ueniens in conspectum, fœlicem diem precaberis parentibus.

Inde capillicium comabis, manus, & uultum lauabis, & quàm primum recipies te ad ludum.

Ante ingressum, spiritum suum ut tibi largiatur Christus orabis, quia citra illius opem frustra est quod tentatur.

Cum ueneris in Phrontisterion, libenter ausculta, Et quod agis, toto pectore agito.

Respondè uerecunde, Prauè non mordicus confuta, sed uerecunde.

Ante omnia caue, ne merito uapules.

Ne quid dicto factoue, uel Præceptorem offendas, uel sodales tuos.

Disputantem contra te magis doce quàm uince.

Dimissus à ludo, domum propera, nec in platea moram feceris.

Domi

Domi si quid est obsequij præstandum parentibus, diligenter obi.

Quod uacat tecum repetere, quod prælectum est in schola, repete.

Nihil enim in uita precioſius tempore.

Cogita quod irreauperabile est, & perit quod transfigitur.

Vbi hora ingruerit prandij, mensam adornato in tempore.

Sed ante apparatum pocula diligenter mundato.

Mensæ primum superponitur mappa, inde circulus æreus, proxime salina, posthæc orbes, ad postremum panis.

Eodem autem modo quo apparatur, ita & remouetur mensa.

Orbes colligentur primum, posthæc salsamenta & sal.

Inde cæseus, uel quicquid aliud est secundarum mensarum.

Ad ultimum una cum pane remouetur, & mappa.

Erectis, & compositis pedibus, sta solicite animaduertens ne desit quid. Et cum infundendum, siue quid porrigendum apponendum, aut tollendum est, ciuiliter id feceris.

Amandatus aliquo, reditum matura.

Ante, & post epulas Deo benedicas.

Astans non turbabis, uel interturbabis aliorum sermonem, sed interrogatus breuiter respondeto.

Cantharos, & uasa, ne per obliuionem confundas, ut alterum fundas pro altero, si uaria sunt uina.

Salis

Salis ne obliuiscitor.
Scissum, uel confractum, mensæ ne apponito.
Internoctu sub cœna aduigilato attente pro emungendis lucernis, & ne quid fœdi pædoris in nares redoleat conuiuantium.
Emungens, candelam ne extinguito.
Sed ne assuescas etiam, quidquid de mensa remotum est, uel reconditum domi habetur, abligurire.
Actis gratijs, & sublatis omnibus, si quid uacat, lusu quopiam honesto animum laxa cum sodalibus, donec hora reuocat in ludum à lusu.
Si autem contingat, ut ipse quoq; mensæ accumbas, hæc obseruabis.
In primis ungues præcisos habeto.
Manus lauato.
Erectus accumbito.
Hospiti collocanti acquieueris.
Sic præbebis hilarem te, ut semper memineris, quid deceat ætatem tuam.
Postremus omnium admoueto manum patinæ.
Si quid datur lautius, recusato modeste.
Si instabitur, accipe, & gratias age.
Mox decerpta portiuncula, quod reliquum est, illi reddito, aut aliui proxime accumbenti.
Alterius tamen uxori, marito assidente, nihil reddideris.
Similiter Principi, aut Magnati nihil reddideris.
Parenti, amico, cognatis licet frangere, quæ optima uidentur.
Si quid lautius ministratur, ut epar piscium, & alia quædam

quædam, parcius gustaueris, reliquum distribuas.
Si quis præbibet tibi hilariter, illi bene precator.
Sed ipse bibito modice.
Si non sitis, tamen admoueto cyathum labijs.
Arride loquentibus.
Ipse ne quid loquare nisi rogatus.
Si quid obscœni dicetur ne arride, sed compone uultum, quasi non intelligas.
Ne cui in mensa obtrectato.
Si uideris conuiuium esse prolixius, precatus ueniam, ac salutatis conuiuis, subducito te à mensa.
Panem pectore ne proscideris.
Digitulos proscindens altro ne apposueris.
Quæ ante, & iuxta te posita sunt, edito.
Decerpturus ex catino quippiam, summo altro comprehendito.
Ne ut sus effundas te supra cibum.
Ne confundas, uel turbaueris digitis, quæ posita sunt in catino.
Quá manducaturus panem conscindito frustillatim prius.
Verum ne quid præterfluat aurato.
Maturè edas ouum.
Testas non confractas, in catinum reijcito.
Inter edendum ouum non potabis.
Comesturus thoracem non commacules.
Piper quoq; edens, digitos ne prælinge.
Suprema labia, aut nasum, manica ne emunge inter epulandum.
Nasum non abstergas, nisi stropheolo, idq; ciuiliter & modeste.

Mucum

Nuam digito non exscalpito.
Salino digitos ne indas, neq; salsamentis, & piperatis omnibus.
Buccellas ne nimis densas sumito, uel amplas, Sed singulas conscindito.
Ex ore nihil extraxeris in orbem.
Caput inter epulas ne scalpito
Omnis cachinnus effusus, in conuiuio turpis est.
Potaturus duobus digitulis labra suprema abstergito.
Non appareat supernatans in poculo tuo sagimen, aut pinguedo,
Sed nec cibum habens in ore, & necdum uorato, potabis.
Simul, & mandere, & loqui, rusticum est.
Screare similiter, aut oscitare, aut expuere crebrius, similiter inciuile habetur.
Agreste, & Ethnitum habetur, in supremo cubito recumbere.
Panem tinctum uino, edere ex poculo in cœtu hominum ridiculum est.
Non recumbes in dorsum more rusticorum.
Cocleari quantum satis est hauritо, & sorbeto,
Inter sorbendum nihil distilles, neq; bis uno haustu sorpseris.
Donec manderis, & glutineris, ne sorbeas iterum.
Caninum est immensos bolos uorare, & ossa rodere.
In ossibus si quid pulpamenti heret, modeste altro proscindito.
Alij uero conuiuæ quid præcerpant, uel appositum habeant, ne temere circumspectaueris.

Quod

Quod semel dentibus demorsum ac rosum, paropsidi ne inferas.
Turpe est ossium, & eduliorum quisquilias sub mensam deiicere.
Indecens quoq; unguibus, lingua, aut altro repurgare dentes, sed agendum id est extra conuiuium.
Cibus sit temperatus, ac festiuus.
Prande parcius.
Cœna liberalius.
A cœna suauibus fabulis temet oblecta.
Cibi, uel potus, non quantum libidini, sed quantum naturæ satis est, sume.
Pransus, hilariter quædam facito.
Sub cœnam paulisper ambula.
Cœnaturus idem facito.
Ieiunus studebis, ac scribes.

FINIS.

QVALIS CVRA totius corporis iuuenem deceat, Ouidius, his uersiculis breuissime complexus est.

Mvndiciæ placeant, fuscentur corpora campo.
Sit bene conueniens, & sine labe toga.
Linguaq; nec rigeat, careant rubigine dentes.
Nec uagus in laxa pes tibi pelle natet.

Nec male deformet rigidos tonsura capillos,
Sit coma, sit docta barba resecta manu.
Et nihil emineant, & sint sine sordibus ungues.
Inq; eius nullus stet tibi nare pilus.
Nec male odorati sit tristis anhelitus oris,
Nec lædat nares, uirq; paterq; gregis.

Idem libro 3. de Arte Aman.

Quàm sæpe admonui ne trux Caper iret in alas,
Neue forent duris aspera crura pilis.
Quid si præcipiam ne fuscet inertia dentes?
Oraq; suscepta mane lauentur aqua.
Carpe cibos digitis, est quidam gestus edendi,
Ora nec immunda tota perunge manu.
Neue diu præsume dapes, sed desine citra
Quàm capias, paulò quàm potes esse minus.

Elegia

FINIS.



ELEGIA PA-
RÆNETICA HER-
manni Tulichij, ad deprecandam iram DEI per Christum, quam Deus temporibus nostris extremam minatur.

VRBANVS REGI-
us, Tulichio suo, salutem.

CArmen tuum eruditum, elegans, ac pium, amicissime Hermanne, perlibenter legi, & tale esse iudico, in quo nemo eruditorum quidquam possit desyderare. Curabis igitur, ut non tantum à uestræ Scholæ pueris, sed ab omnibus studiosis legatur. Hoc iudicium meum, non ex amore proficiscitur, sed amor ex iudicio, qui sic lusit ex tempore.

SPiritus ætherea dedit hæc dimissus ab arce,
Talia non dictat flauus Apollo tibi.
Quanta Pater nobis per Natum munera donet,
Veraq; quos fructus proferat inde Fides.

Hoc sanctum pangit docta breuitate Poema,
Quod nos à uitijs ad pia facta uocat.
Ingratas hominum mentes, scelerumq; cateruam,
Iure notas, quibus hæc sæcula nostra scatent.
Quæ ueram magnis uirtutum laudibus ornant,
Cum tamen hanc factis turpibus usq; negent.
His quæ sit medicina malis tua Musa canebat,
Cum monet orandum pectore, & ore Deum.

ELEGIA PARÆNE-
tica Hermanni Tulichij, ad deprecandam iram DEI per Christum, quam Deus temporibus nostris extremam minatur.

SI qua fuit ratio, Dominumq; Deumq; precandi,
Temporibus nostris, maxima causa subest.
Omnia mutantur, quid enim manifesta negemus?
Et rapida, in peius, mobilitate, ruunt.
Quod non rara notant, cœli, terræq;, marisq;,
Signa, quibus certam, res facit ipsa, fidem.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Suspice mirandis distinctos ignibus orbes,
Subiectasq; polo, uise, reuise, plagas.

Quæ

Quæ non signa uides irati Numinis illic?
Quod uetus hic priscæ simplicitatæ scelus.
Quando maior hyems, tumidisq; procacior undis,
Afflixit geminum, perniciosa, solum?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitatæ, dabit.
Dira per æthereos minitantur sydera tractus,
Et grauibus premitur, terra, fretumq; malis.
Sæpius hoc æuo lunæ, solisq; labores,
Atq; cometarum uidimus acre genus.
Vidimus & miseri, totum grassata per orbem,
Funera, bella, famem, non sine strage, sequi.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitatæ, dabit.
Illa quidem subitas, gentes, portendere stellas,
Et nos experti, non sine clade, sumus.
Quot procerum, quot fata ducum, Regumq; peracta,
Qui nihil his quicquam pertimuere minus?
Quo, magis in terras, homines, peudesq;, ferasq;,
Sæuijt effusis, tempore, pontus aquis?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitatæ, dabit.
Quinetiam hoc Anno non unum arsisse cometam,
Constat, & intentis, irradiasse, comis.
Si gladius fulgore suo res quantula? uisum,
Percellitq; animos, sydera uana putes?
Non temere facies cœli, terræq;, mariq;,
Euariant, tantum nec tremit orbis opus.

Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Si potes enumerare, quam tristia multa ferimus,
Et prohibe siccis lumina flere genis?
Quot mare turbatum crudelibus occupat undis?
Ante suum tollit, quod grauis aura diem?
Quot uorat, occulta de causa, terra dehiscens?
Flammaq;, dat miseræ quot, uiolenta neci?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Quot rapit exacuens in mutua uulnera Mauors?
Vltima quot furtim claudere fata putas?
Quot crudi perimunt, Cereris, Bacchiq; liquores?
Quot necat ingluuies? exanimatq; fames?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Omnia non sensim, sed tanquam carcere rupto,
In sua præcipiti turbine fata ruunt.
Quod tibi quo possit iusto constare dolore,
Pauca quidem e multis, sed memoranda feram.
Ille sibi iugulum repetito uulnerat ictu.
Nec semel est rabies prodigiosa, mori.
Ausus idem est alius, sed opus semel omne peregit,
Nemo prophanato concitet ore Deum.
Est quoq; de uenia male cum desperat adempta,
Insilit in putei, qui moribundus, aquas.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.

His

Nic sua (quis credat?) stricto transuerberat ense,
Viscera, de summa præcipitatq; domo.
Precipitat, sparso per publica strata cerebro,
O facinus Tragico dignius ore cani.
Coniuge quid possis lepida, sobolisq; parente,
Fingere, non stupido charius esse uiro?
Et tamen hanc, uterum, miserâ cum stirpe, ferentem,
Sustinet, & patrem perdere sæuus Amor.
Consilium atrocis nihil attinet addere facti,
Omnia, diuinus seruat in orbe fauor.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Hæc & plura oculis, cæci spectamus apertis,
Nec manifesta Dei uindicis ira mouet.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate dabit.
Quo resipiscamus, non solo personat ore,
Sed Deus horrendis territat ipse notis.
Damnat enim uerbo, quod nuper in orbe refulsit,
Crimina, uel cordis dissimulata sinu.
Indicat, & iustam uiolati Numinis iram,
Aeris, ac terræ, diraq; forma, maris,
Et tamen humana est tam crassa ignauia mentis,
Vt nequeat tantis euigilare malis.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Iam quis sæua uagum, non uidit bella per orbem?
Ardentemq; luem? sollicitamq; famem?

Totius Europæ quota pars non arsit in arma?
Vt taceam in Verbum, bella repressa, Dei.
Turcica barbaries, quas non grassatur in oras?
Barbaries, ipsa Tygride, sæua, magis.
Corpora quot fluido raptim sudore liquauit,
Pestis ab Anglorum nomine, nomen habens?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Strata quis expediet, defunctaq; corpora uita,
Ventre reluctantem non tolerante famem?
Fama refert, uerumq; puto, quod gramine quædam
Pasta, recedentem sint remorata diem.
Quæ grauiora queat minitans infligere cœlum?
Cumq; mari tellus, quæ grauiora queat?
Tristia cum uideas tot signa euentaq; rerum,
Extremum, dubitas non procul esse, diem?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Est animus causam tantorum nosse malorum?
Impietas causa est, & genus omne mali.
Nonne uides, quod nulla Dei est reuerentia Verbo?
Nascitur unde fides, exoriturq; salus.
Hoc alij factonullo discrimine, damnant.
Sunt quoq; qui propria commoditate probant.
Quinetiam hoc quidem contristant cæde professos.
O terra, ô cœlum, dicere iure, licet,
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.

Hoc

Hoc male percepto, quod inundent flumina luctus,
Quis numeret paucis, exaudiatq; modis?
Hic seruire suis affectibus ore prophano,
Cogit, & hoc sceleris per genus omne rapit.
Vt noceant aliqui, Verbum constanter amare,
Si perhibent, sæuo quantus in ore dolus?
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Est alius, fratris, qui cum te uoce salutet,
Illicit in fraudes, insidiasq; trahit.
Imminet hic opibus, uetitos ille ambit honores,
Et sua multiplici commoda fraude legit.
Hic nihil, aut leges, aut publica iura moratur,
Vt peragat, spretis legibus, omne nefas.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Non secus hi spoliant, cum sacris templa sacellis,
O mores, quam si pendeat inde salus.
Sunt etiam quibus est, ô ferrea pectora, ludus,
Auferre à miseris, non sine pelle, stipem.
Hi sua, non CHRISTI, Verbo compendia quærunt,
Sit, licet impuro, CHRISTVS, in ore, frequens.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Hic aliena rapit, contra ciuilia iura,
Ille sibi regnum, seditione parat.
Hic odio in quosdam liuentia spicula torquet,
Impatiens illos lancinat æris amor.

Hic furit, & querula testatur uoce Quirites,
Se peccasse nihil, si male facta notes.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus.
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Ille Magistratum dictis proscindit acerbis,
Quem Deus haud uno, comprobat ipse, loco.
Iste, pijs tantum, parendum Regibus, effrons
Increpat, irati nec pauet arma DEI.
Clam studet hic amens communem tollere pacem,
In uentrem extimulans, cætera membra, suum.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus.
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Cum nequit hic furijs tortus requiescere, nectit
Exitiumq; alijs, exitiumq; sibi.
Venditat hic pingui frustratus munere linguam,
Cordaq; cernentem nec timet, ipsa, Deum.
Sunt etiam sanctæ qui libertatis honorem,
Inficiunt turpi, carnis amore, luto.
Hæc falsos, utinam, fratres peccare, negarì,
Posßit, habet solus, corda retecta Deus.
Fallere tu speres, qui perspicit omnia, fuco,
Cum nequeas alto ludere corde, Deum?
Non simplex furor est, qui præuidet omnia, cæcum
Esse putare Deum, te meditante scelus.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus.
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Sunt alij, quibus est cum CHRISTI nomen in ore,
Qui tacitis annis, Turcica facta coquunt.

Quantum

Quantum rere nefas, uitijs prætendere CHRISTVM,
Et fratrem indignis ludificare modis?
Vis dare pauperibus, sed contrahis ante rapinam,
Munera de proprijs, sunt tibi danda, bonis.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
More Gigantæo quidam cœlestia tentant
Atria, & oppugnant lucida Verba Dei.
Quos contra gladio CHRISTVS succinctus acuto,
Prodit, & a regno, disijcit ipse, suo,
Ille suis meritis contendit in æthera aursum,
Gratia quo tantum subuehit una Dei.
Stulta fides alios, CHRISTI sine lumine, fallit,
Ne miseri ueniant, quo uocat ille, suos.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq;, rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.
Si gratis, solaue fide, constare salutem
Præcipis in Christum, ringitur ille furens.
Nec mora, quin terræ cœlestia sydera miscens,
Insimuletq; homines, insimuletq; Deum.
Et miramur adhuc, cœlumq; fretumq; minari,
Cum terra horendis, ultima fata, modis?
Quid superest igitur, quam ad sydera tendere palmas?
Et precibus Christum sollicitare pijs?
Quo miseris paratt, longo iam tempore, lapsis,
Diuinaq; suos, ut tueatur ope.
Vt genus humanum de Patris uindicet ira,
Nosq; suo Verbo, tempus in omne, regat.

Nil


Nil aliud poterit nobis conferre salutem,
Quam roseo CHRISTI sanguine, parta salus.
Non opus est ullum, tanta pietate refulgens
Vt queat offensum restituisse Deum.
Vnius hoc CHRISTI uoluit pater esse laboris,
Quem sola nostrum credimus esse fide.
Quo fretis nihil est cœlo, terrâq;, mariq;,
Vel minimum nobis, quod noauisse queat.
Qui modo si steterit pro nobis, quamlibet orbis,
Nil poterit, fragilem, uel tetigisse pilum.
Hic stimulum uitijs, & morti uictor ademit,
Contriuitq; tuum, dæmon, inerme caput.
Et sibi fidentes lætos super æthera transfert.
Et placidi nouos efficit esse Dei.
Huic igitur toto referamus pectore grates,
Vt nos, ac Verbum protegat usq; suum.
Et faciet, quid enim uetuit clementius illo?
Si modo nos grata senserit esse fide.
Dum locus est, ueniam, Dominumq; Deumq; rogemus,
Et ueniam, immensa pro bonitate, dabit.

FINIS.

Instudijs toto Dominum cole pectore Christum,
Is parui merces magna laboris erit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169784782X/phys_0094

EXCVSVM
LVBECÆ APVD
IOHANNEM BAL-
HORN, Anno Domini
M. D. LVIII,
Mense vero No-
uembri.



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn169784782X/phys_0096



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn169784782X/phys_0100



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn169784782X/phys_0101

locus quae
qua inter
contrarie,

DE PR

Quæ
rum alteru
citas priua
nebræ pri
tenebris. S
gilia, &c.
Quo
oppositis
lucem mu
hil aliud e

DE RE

Que
plicia nom
dicamẽtun
ceptor & d
ritus & ux
Quo
positis? V
ergo non f

pponuntur enim ali
ue, uel relatiue, uel
storie.

E OPPOSITIS.

oni priuatiue? Quo=
iectum altero, ut cœ=
, & ediuerso. Sic te=
luce, & lux uicissim
quies, somnus & ui=

entamur a priuatiue
a appellat Christum
e datum Christũ, ni=
cp tenebræ.

OPPOSITIS.

iue opponi? Illa sim
ea retulimus ad præ=
t pater & filius, præ=
minus & seruus, ma=

ẽtamur a relatiue op
ęceptor Aristotelis,
ulus.

DE

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn169784782X/phys_0102